et Commodis ut pote Area Agris Pratis Campis hortis Sylvis Bovis Rubetis Nemoribus Aquis Stagnis, Piscinis Piscibus Fluvijs Fluminibus Terrenę et Rivulis Attinentijsq et Pertinentijs qltr Universis nullis penitus exceptis nec pro se suisq Successoribus reservatis sedita Late Longe Circumferentialiterq prout Eadem Sors in suis metis et Limitibus extat et ptenditur, seq Antem Concernere Debet, Purâ merâ et Irrevocabili Donatione dat Donat Vendit Inscribit, et Resignat perpetuo et in eorum Intromissionem ex nunc Admittit Tuitionem et Evictionem Cavet Jdq sub Damnis Tribus pro quibus Ubiq respondebit suis cum Posteris Eae pro Summâ Sexaginta Tynę Cptij ultra Onus Obligatis Constitutae realiter sibi exolutae de qua Cpsenę quietatur. Tomasz Ciołkowski [illegible]

G. Simon olim Martini Patruus Thomas et Franciscus olim Simonis Filij, Filiastri Kraszewscy quondam G. Theresiae Kraszewska olim Venceslai Filiae olim vero M. Jacobi Kadłubowski Subdapiferi Rzeczycen Consortis sterilitor decessae Fratrinus et Nepotes Successoresq naturales Sani personaliter recedendo recognoverunt, Quia ipsi Mfico Paulo Kadłubowski Ensifero Terrae et Judici Capturali Vissogrodien Eiusq Legitimis Successoribus Summas suas pecuniarias infraseras primum quidem Mille Tyn in Terminis Querelarum Feria Secunda in Crastino Festi S. Martini Pontificis Anno 1731. Alteram Quingentorum Tyn Feria Sexta post Festum Divisionis SS. Apostolorum Anno 1733. utrarq actis praesen et Tertiam Trium Millium Tyn Actis Tenibus in Szremsko Feria Secunda intra Octavas Festi SSmi Corporis Christi domini Anno 1739 nas

omnes

omnes Summas per Suprascriptum olim Mfcum Jacobum Kadlubowski Supradictae olim G. Theresiae Kraszewska Consorti suae in Bonis Psary simplici debito insoras et assecuratas post sterilemq. decessum Eiusdem olim G. de Kraszewskie Kadlubowska Recognoscen. amittae et aviae Jure successivo in Je devolutas in Bonis praefatis Psary haerentes jam ex nunc cum Omni et integro Earundem Summarum Jure suo dominio proprietate propinquitate ac cum Omnibus utilitatibus usibus fructibus proventibus et commodis provisionibus a Fatis Eiusdem olim Mfcii Kadlubowski se respicien. Inscriptionum debitorearum Contentis vadijs ac ligamentis ob levatas praemissas Summas insimul junctas efficientes Summam Quatuor Millium Quingentorum Tyr. de manibus praenominati M. Kadlubowski Eiusdem Visso gradien. de qua realiter ex tuta Eundem praesen. quietant praestitamq. sibi satisfactionem cedunt demittunt et praecommittunt, Totumq. et integrum Jus suum ad Summas praexpressas sibi serviens in personam memorati Mfcii Kadlubowski persolventis transferunt et transfundunt plenarie et in effectu praesentibus suis Recognitionibus ad praemissa omnia libere ac benevole accedentibus

Szymon Kraszewski
Thomasz Kraszewski mp
Franciscus Kraszewski mpp

~~G. Laurentius et Simon Turcij Mfci Andreae Filij~~
ex olim G. Marianna Sniechowska procreati Fratres

inter se Germani suis et DD. Caroli et alberti Tur
skich Fratrum ac Margarethae Cieszewska S. Casi
miri Cieszewski ex olim G. Hedvigi Turska Reco
gnoscen. Sorore germana progenitae Filiae Mino
rennis Sororinae suorum pro quibus pacem sa
vent et se inscribunt nominibus, Sani persona
liter recedendo recognoverunt. Quia ipsi Mfico
Paulo Kadlubowski Ensiferi et Judici Captura
li Terrae Vissogrodien. olim Alberti Filio Eius
que legitimis Successoribus, Summam suam
et Eorundem Fratrum ac Sororinae propriam
Septingentorum Quinquaginta Tyn. Actis praesen.
Feria Sexta in Crastino Festi Nativitatis S. Joan
nis Baptistae Anno 1745. per olim Mficum
Jacobum Kadlubowski Subdapiferum Rzeczycen.
olim Andreae Filium super Bonis Psary supra
dictae olim G. Mariannae de Sniechowskie Reco
gnoscen. Matri inscripta et expendendo provisio
ne assecuratam, ac in post in Judicio Officij praesen.
per olim Matrem processuatam post Fataq. Eiusdem
olim Matris in se et absen. Fratres ac Sorori
nam jure naturae devolutam jam ex nunc cum
omni et integro jure suo et absen. dominio
proprietate, propinquitate, ac cum omnibus uti
litatibus usibus fructibus, Provisionibus, retentis,
ac Inscriptionis debitoriae Condemnationum atq.
Traditionis post perductum sufficienter processu
in Eisdem Bonis Psary Sabbatho post Festa
Solennia Sacri Pentecosten Anno 1750 per Officium
Burgrabiale Cren. Plocen. expeditae et ad Acta
praesen. Feria Tertia pridie Festi S. Mariae Ma
gdalenae Anno Eodem per Oblatam porrectae
contentis nexibus et ligamentis paratae Agnos

Traditor

Traditorum possessione ex praestita sibi reali per
Supraserum M. Kadłubowski Ensiferum Vissogrodi-
ensem tam in Summa Originali quam provisione
ac processu satisfactione, Subsecutaq Portioni.
Fratrum et Sororinae per Recognoscen Inscriptio
ne cedunt demittunt ac praecommittunt totumq
et integrum Jus suum ac processum in persona
praenominati Mfici Ensiferi Vissogrodien persol-
ventes transferunt et transfundunt plenarie et
in effectu, Introimissionem in agros traditos ad
mittunt, praesen suis Recognitionibus praemissa
firmantibus. Wawrzeniec y Szymon Turscy R.

Eidem Recognoscentes ut supra sani personaliter
recedendo recognoverunt. Quia ipsi GG. Carolus et
Alberto Turskim Fratribus inter se germanis et suis
ac Margarethae Cieszewska, P. Casimiri Cieszewski
ex olim P. Hedvigi Turska progenitae Filiae Mino-
renni Sororinae, Earumq legitimis Successoribus de
Bonis suis generaliter omnibus mobilibus, immo-
bilibus Paternis maternis haereditarijs oblegatorijs
Summisq quibusvis pecuniarijs praecipue in Terra
sua Bonorum Tarza Wilcza in Terra dobrinen
consisten Summam Quadringentorum Quin
quaginta Tyn quemlibet Tyn Triginta Octo
grossos numerando de manibus Mfici Pauli
Kadłubowski Ensiferi et Judicis Capturalis Terrae
Vissogrodien die hodierna levatam ex Bonis
Psary praecedentem modo simplicis debiti te
nentur inscribunt seq ac Successores ad id te-
nendum obstringunt et monerant Eandemq
Summam Cuilibet Eorum per Centum Quin
quaginta Tyn et quidem Fratribus ad prima

requisitionem, jam vero Sororinae in ex pro Vigilia Festi Nativitatis S. Joannis Baptistae Anno Futuro 1765 ventura se soluturo offerunt et declarant quod si vero Eandem Eius portionem pro Tempore Solutioni praefixo non persolverint extunc provisionem solita pendere debebunt idq sub similis Summae vadio Pro quo ubiq respondebunt suis cum Posteris.

Wawrzeniec y Szymon Turzey N.

G. Elisabeth Sokolnicka olim Valentini Filia primo olim G. Francisci Zembrzuski secundi voti olim G. Antonij Dziedzicki Consors Relicta vidua Sana persona liter recedendo recognovit Quia ipsa Mfico Paulo Kadłubowski Ensifero Terrae et Judici Capturali Vissogrodien olim Alberti Filio Eiusq legitimis Successoribus Summam suam pecuniariam Trecentorum Tyn Actis praesen Feriâ Tertiâ in Vigilia Festi Nativitatis S. Joannis Baptistae Anno 1744. per olim Mficum Jacobum Kadłubowski Subdapiferum Rzeczycen in Bonis Psary simplici debito expendendo provisione sibi Recognoscen inserta et per se in Judicijs Officij praesen processuata, in Eisdemq Bonis Psary haerentem jam ex nunc cum omni et integro jure suo dominio proprietate propinquitate, ac cum omnibus utilitatibus usibus fructibus Provisionibusq retentis ac Condemnationibus Inscriptionis debitoreae, ac Traditionis in Eisdem Bonis Psary Officiose subsecutae contentis parataq Possessione vigore Eiusdem Traditionis Agrorum, ex praestita sibi plenaria in toto satisfactione cedit demittit ac praecommittit Totumq integrum Jus suum ad praemissam Summam servens ac processum in Personam praetibato

Mfici

Mfcu Kadłubowski persolventis transfert et tram
fundit plenarie et in effectu Intromissionem in
agros traditos admittit, praesen. suae recognitione
praemissa firmante. Elżbieta z Sokolnickich dziedziczka

N. Catharina Lisicka olim Petri Filia ex olim Nli
Hedvigi Petrykowska progenita, N. Nicolai Zejuki
Consors in assistentia Eiusdem sui mariti sana per
sonaliter recedendo recognovit Quia ipsa Mfcus Pau
lo Kadłubowski Ensifero Terrae et Iudici Capitulari
Vissogrodien. Eiusq. legitimis successoribus Sum
mam suam pecuniariam Sexcentorum Tyn. Polon.
actis praesen. Feria Sexta post Festum Visitationis
Gloriosissimae Virginis Mariae Anno 1740. per
olim Mfcum Jacobum Kadłubowski Subdapiferum
Rzeczycen. sibi recognoscen. protunc in Virginali Sta
tu existen. ex pendenda provisione super B. Bary
inscriptam, et in Iudicijs Officij praesen. processua
tam jam exnunc cum omni et integro praesuo
Dominio proprietate propinquitate ac cum omni
bus utilitatibus usibus fructibus proventibus et com
modis Provisionibusq. retentis Inscriptionis debitoreae
Condemnationum ac Traditionis in Villa Eadem Bary
Sabbatho post Festum Divae Annae Genitricis Glo
riosissimae Virginis Mariae Anno 1756to per offi
cium Burgrabiale Cren. Plocen. expeditae et ad
acta praesen. Feria Secunda in Vigilia Festi S.
Laurentij Martyris Eodem Anno per oblatam
possessionem Contentis, et ligamentis toloq. ex inte
gro processu ex praestita sibi tam in Summa
Originali provisione ac processu Satisfactione ac
Summae Eiusdem Originalis Subsecuta per ma
ritum recompensa cedit demittit et praecommittit

totumq et integrum Jus suum ad praemissam Summam serviens ac processum in personam Eiusdem Mfci Kadłubowski persolventis transfert et transfundit plenarie et in effectu. Intromissionem in agros traditos admittit, praesens sua recognitione praemissa firmante.

Katarzyna z Lisickich Kęsicka ss
Mikołay Kęsicki ss

N. Nicolaus Kęsicki olim Michaelis Filius Sanus personaliter recedendo recognovit, Quia ipse N. Catharinae Lisicka olim Petri Filiae ex olim N. Hedvigi Petrykowska progenitae Consorti suae legitimae et Eius Successoribus, de Bonis suis generaliter omnibus mobilibus immobilibus Paternis, maternis, hereditarijs Obligatorijs, Summisq quibusvis pecuniarijs praecipue in Sorte Bonorum Kęsice sua hereditaria Summam Octingentorum Quinquaginta Tyr quemlibet Tyr Triginta octo grossos numerando recompensando Summas primam Sexcentorum Tyr de manibus M Pauli Kadłubowski Ensiferi Visogrodien ex Bonis Psarij die hodie Alteram Centum Tyr de manibus N. Nicolai Lisicki Fratris Consortis ex Bonis Lisice inante levatas modo simplicis debiti tenet inscribit seq ac suos Successores ad id tenendum obstringit et inonerat eandemq Summam in uno anno integro se solutorum offert et declarat Idq sub Similis Summae Vadio Pro quo ubiq respondebit suis cum Posteris.

Mikołay Lisicki ss

N. N. Nicolaus Kęsicki olim Michaelis Filius ~~ab una~~ Mathias et Catharina Lisicka olim Petri Filia Consors parte ab altera alias invicem Conjuges Sani personaliter recedendo recognoverunt Quia ipsi sibi mutuo

et

et reciprocam Omnium et Singulorum Bonorum Suorum Mobilium immobilium Paternorum maternorum hereditariorum obligatorum acquisitorum et acquirendorum devolutorum et devolvendorum Summarumque quarumvis pecuniariarum habitarum ac in proprietatibus Superis habendarum inscriptarum et inscribendarum tum Auri argenti Cupri Aeris Stanni Vestium Vestimentorum Equus Equiseae pecudum pecorum Inventariorum denique Omnium ac Totius et integrae Substantiae Suppellectilisque domesticae ad ultima duntaxat vitae suae tempora ad vitalitatem faciunt inscribunt et assecurant praesentibus suis Recognitionibus ad id libere accedentibus. Nikolay Lesicki ut

Katarzyna z Lesickich Lesicka ut

Actum in Castro Plocensi Feria Secunda ante ~~post~~ Festum Assumptionis in Coelum Gloriosissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini 1764.

Nobilis Laurentius Czachowski olim Philippi Filius Cum olim Nobili Marianna Joszczyńska procreatus Sanus prosnltr R. R. Quia ipse J. Antonio Cyndacki olim Nicolai Filio Ejusque Unius Succoribus tertiam Partem Sortis Suae Haereditariae a Nobili Francisco Rachocki olim Petri Filio Actis Praesentibus Fra 3tia in Vigilia Sti SS. Petri et Pauli Apostolorum Anno elapso 1763tio jure haereditario quae sitae in Bonis Cyndaty in Palatu Plocensi et Districtu Raciazinensi Consistentibus Sitae et jacentibus jam et nunc Cum Omni et Integro ejusdem Tertiae Sortis jure suo Dominio proprietate propinquitate tituloque Haereditario ac Cum Omnibus Utilitatibus Usibus fructibus proventibus et Commodis ut potest in medietate Areae ad eandem Sortem Spectantis aedificijs hortis

Agris pratis Campis Sylvis Borris rubetis nemoribus aquis Stagnis Piscinis piscibus fluvijs fluminibus aqua rque quibusvis decursibus attinentijsq et pertinentijs gnrltr universis nullis penitus exceptis nec pse suisq Serbus reservatis sed ita late longe circumferentialiterq put eadem ~~[illegible]~~ Tertia Pars Sortis in suis metis et limitibus ab antiquo extabat et ptendit pura mera et irrevocabili donatione dat, donat, vendit, inscribit. et resignat perpetuo et in evum Intromissionem ex nunc admittit tuitionem Glem et evictionem Specialem ab omnibus Impedimentis Cavet et inscribit idque Sub damnis Terrestribus pquibus ubique respondebit Suis Cum Posteris.

Wawrzeniec Czachowski rb

Idem Recognoscens ut Supra Sanus prsnltr r. r. Quia ipse Jsum Antonium Cyndacki olim Nicolai Filium ejusque ltmos Succores de Summa Trecentor Tyn. pretio Tertiae Partis Sortis in Bonis Cyndaty Sitae per se Recognoscen die hodierna eiusdem Cyndacki resignatae Constituta pvenienti obstitan Sibi satisfactionem Quietat emittit et liberum facit ac pnuntiat perpetua psen sua recognitione praemissa firmante

Wawrzenic Czachowski rb

J. Antonius Cyndacki olim Nicolai Filius sanus per snltr R. R. Quia ipse N. Laurentio Czachowski olim Philippi Filio Ejusq ltmis Serbus de B. Suis gnrltr Omnibus mobilibus Immobilibus Paternis maternis Haereditt Obligatt Summisq quibusvis Pecuniarijs pcipue in Bonis Cyndaty in Pltu Plocen et Districtu

Rawrzinen

Racizinen Consisten Summam Trecentor Tyn quemlibet
Tyn Triginta Octo grossos numerando ex ptio Sortis Ter
tiae Partis eor Br Cyndaty p eunae J. Czachowski die ho
diema Sibi resignatt pvenien modo Simplicis debiti
tenet inscribit seq ac suos Seres ad id tenendum ob
stringit et monerat eandeq Summam in et p vigilia
Fti N. S. Joannis Baptistae anno futuro 1765 ven
tura se Soluturum offert et declarat. quod si vero
Summam eanae p tempore Solutioni ppsitio non
persolvent extunc pvisionem annuam a quolibet
Centum per Tyn Quinque absque diminutione
Singulis annis pendere debebit id q sub similis
Summae vadio p quo ubique respondebit suis
Cum Posteris:

Antoni Cyndacki mpp

G. Jacobus Chamski olim Andreae filius Bonorum
Tupadly Haeres Sanus personaliter recedendo recogno
vit Quia ipse Religioso in Christo Patri Avertano
a SS. Petro et Paulo Apostolis Ord Carmelitar
Strictioris Observantiae Conventus Plonsien Priori
nunc et pro tempore existen Totiq Conventui
de Bonis suis generaliter omnibus mobilibus
immobilibus Paternis, Maternis haereditarijs
obligatinjs Summisq quibusvis pecuniarijs
praecipue in Bonis suprascris Tupadly in
Palatinatu Plocen et Districtu Racizien
Consisten Summam Quingentorum Tyn
Polonicalium quemlibet Tyn Triginta Octo
grossos numerando modo Simplicis debiti tenet
inscribit seq ac suos Successores ad id tenen
dum obstringit et monerat Eandemq Sum
mam in et pro Vigilia Festi Nativitatis S.

S. Joannis Baptistae Anno futuro 1765 ventura se solutorum offert et declarat, Quod si vero Summam Eandem pro tempore solutionis praefixo non persolverit extunc provisionem Annuam a quolibet Centum per Tyn. quinque singulis annis absq. ulla diminutione pro suffragiis Animarum Fidelium defunctorum convertenda a totali hacce Summa ad sera fata G. Helenae de Reybnicze primi olim G. Josephi Pilichowski secundi ad praesens voti Consortis suae jam vero post obitum Eiusdem Consortis Summam Ducentorum Tyn. ex Summa suprasera Quingentorum Tyn. pro sepultura suffragiisq. Animae Corporis Eius in Ecclesia praenominati Conventus Plonsiensis subsequenda ad manus praedicti Religiosi Prioris seu protunc existentis alterius persolvere, ac post exolutam hancce Summam Ducentorum Tyn. a restanti Summa Trecentorum Tyn. in perpetuum pendere debebit idq. sub similis Summae vadio pro quo ubiq. respondebit suis cum Posteris. Eandem provisionem ad velle praenominatae Contis

Jakób Charski
mp

Actum in Castro Plocensi Feria Quinta in Crastino Festi Assumptionis in Coelum Gloriosissimae Virginis Mariae Anno domini 1764

G. Josephus Ciołkowski per M. Josephum Sulerzyski Vexilliferum Exercituum Regni Judicem Capturalem Plocen. Actis praesen. Feria Secunda ante Festum Assumptionis in Coelum Gloriosissimae Virginis Mariae non pridem praetenta Anno praesenti Specialiter inscriptus Plenipo

tens

tens Sanus prolitter Rendo Rvit Quia Ipse in
virtute Supraexaratae Specialis Plenitudinis Ejus
dem N. Sulerzyski pro quo pacem Cavet NN
Michaelem Vincentium Balthasarum Jacobum
et Martinum Rutkowskie Ignatium Prusinski
et Laurentium Zmizewski Eorumq Succres de
Marcis infrascriptis et quia N. Michaelem Rutkowski de
poena duplici Jam vero omnes de Portionibus
ex Marcis triplici Quatuordecem, ac Quadru-
plici itidem Quatuordecem Decreto Judicij Captu-
ralis Procen in Raciq Feria Secunda in Crasti
no Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistae
Anno praesenti inter Suprascrum N. Sulerzy-
ski ab una, et Eosd NN Rutkowskie Prusin-
ski Zmiewski atq Tański parte ab altera pro-
latt pro die hodierna N. Sulerzyski adju-
dicatt provenien ob levatt Easd Marcas quie-
tat emittit et liberos facit ac pronuntiat
Rigorem Decreti Capturalis quoad personas
Suprascriptt NB. persolveritium Cassat quo
vero ad personas NN Rochi Rutkowski et
Michaelis Tanski Eid Decreto contraveni-
entium pleno in robore reservat praesenti
Sua Recognitione praemissa firmante ex
persona N. Prusinski per N. Zmiewski exoluta
Jozef Ciołkowski

G. Antonius Myslinski ol Gregorij Filius Sa-
nus prolitter Rendo Rvit Quia Ipse NN Evam
de Dzięgielewskie ol Thomae Filiam primi ol
N. Michaelis Secundi Voti ol N. Mathiae Kęsic-
kich Contem relictam Viduam matrem et N.
Cotaum Kęsicki primi Voti Filium Eorumq

Succres de Summa Trecentorum Quadraginta Quatuor Tyn. Actis praesen. Sabbatho in Crastino Festi Divisionis SS Apostolorum Anno 1757 per Eosd. Mm Kęsickie Matrem et Filium ott Parenti Recognoscen. modo Obligatt in Sorte Br. Kęsice inscripta et in se Rene Jure naturae devoluta ob levatt Eand. Summam praestitamq Sibi Satisfactionem quietat, emittit et liberos facit ac pronuntiat Inscriptionem Obligatoriam Cassat de Sorte exempta Condescendit Salvis Summis inscriptis expressis ad Vindicand. Sibi reservatis praesen. Sua Recognitione Promissa firmante Antoni Myslinski rt.

G G Nicolaus Sobolewski ott Josephi Filius ab una, et Antonius Myslinski ott Gregorij Filius parte ab altera Sani politer Rendo Revenit. Quia Ipsi Contractum Certum Sponsalitium in Wiechiszewo die Quarta mensis Augusti Anno praesenti inter se Rnen. Conscriptum manibus suis et amicorum Subscriptum Vadio in Eodem Contractu apposito firmatum in Omnibus Conditionibus Contentis Punctis Clausulis Vadio ac Ligamentis approbant Confirmant et Ratificant Eidemq tam in toto quam in quavis minima Parte Satisfacere declarant Idq Sub Vadio Simili pro quo Ubiq respondebunt Suis cum Posteris. Mikołay Sobolewski rt.
Antoni Myslinski rt.

G Ludovicus Sękowski ott Adami Filius Sanus mtr. R R Quia Ipse G Petrum Modlinski olim mfici Joachimi Modlinski Zupparij Pltucen Brestenę Cujaviae et Junioladislavien. Filium ejus

Simos

Itmos Successores de Summa mille Centum Tyne actis praesenti Fra sexta ante Fm S. Mariae Magdalenae anno 1754 per eundem G. Modlinski sibi recognoscenti simplici debito expendenda provisione ~~[illegible]~~ inscripta ab levato eandem summam praestitamque sibi satisfactionem quietat emittit liberum facit ac pronuntiat Inscriptionem debitoriam cassat et annihilat perpetuo praesenti scare cognitione praemissa firmanti expretioque sortis B. Jonczewo Abramki per se recognoscenti ejusque G. Modlinski resignato provenienti

Ludwik Sękowski mpp

L. Stephanus et L. Joannis Filius Persona libera nullius Dominio Subiecta non coactus nec compulsus Spontanea voluntate palam libere Sanus Prlter recognovit Quia Ipse considerando cuncta Infortunia super hominibus Directo Dominio Carentes Dominari Solita Eoq praeoculis habito quod tutius ac Securius sub proprio manere haero quam huc et illuc per orbem divagari et oberrare jam ex nunc et Defacto M. Dionysio Przeciszewski Camerario Graniciali et Judici Capturali Plocen ejusque legitimis Successoribus pro vero et proprietario Subdito se tradit ac Subicit perpetuumque mancipatum ac Subditatum in se ac suos Posteros contrahit ac assumit promittens et offerens se ea omnia obsequia quae per veros et haereditarios Subditos Proprietarijs suis Dominis praestari et peragi solent expletur et expediturum fore hac sua Prli recognitione ad praemissa libere et benevole accedens Stefan rt.

Infideles Matus Szajowicz Jacob Micha
towicz Et Hersz Salamonowicz Judaej
Incolae Plocen. Sani prtr rndo verunt
Quia Ipsi G. Ludovico Sęczowski ob Ada
mi Filio Ejusq Ltmis Successoribus de
Bonis Suis Gnaliter omnibus mobili
libus et Immobilibus Domibus mer
cibus mercimonijs Summisq quibus
vis pecuniarijs habita et habenda Sum
mam mille Tyn quemlibet Tyn
Triginta octo Grossis numerando
tenentur inscribunt Seq ac Suos
Successores ad id tenenda obstringunt et
inonerant Eandeq Summam omnes
junctim aut unus pro omnibus ab
actu Psen in uno anno integro se
Solutures offerunt et declarant, quod
Si vero Summam Eandem pro tempo
re Solutioni Pfixo non persolverint
extunc Provisionem annuam per
Tynphones Decem Singulis annis
de qua pro anno Psen persoluta
rentes quietant pendere debebunt,
idq Sub Simili Summae vadio pro
quo ubiq respondebunt Suis cum
Posteris

[illegible]

Actum in Castro Plocensi Feria Quarta ante
Festum S. Bartholomaei Apostoli proxima Anno Dni 1764

Officium praesens Cren Capitl Plocen ad Obtaturum
Nobis

Nobilis Michaelis Zernicki Scriptum certum seu Asse-
curationem manualem per S. Stanislaum Suminski
in Lipno Die 23 Julij datuatu ~~[illegible]~~ Mani-
busq Ejusdem S. Suminski ac amicorum protunc
praesenti proprij subscriptum in rem M. Petri Pa-
procki Venatoris Terrae Dobrinen. Servien.
reproducens ad Acticanae Actisq. p. Terrae ingros-
sandum suscepit in tenore Verborum tali
Nitey na podpisie wyrażony czynię to przyrzeczenie
które iakoby Autentycznie czynione było mieć
chcę y wszelki Walor onegoż czynię, iż ia Proces-
sem z Aktoratu mego na W. J. Panu Piotrze Pa-
prockim Łowczym Dobrzyńskim w sprawie mo-
iey z SS. Swiętey Pamięci W. J. P. Trzcińskie-
go Sędziego Subdelegata Grodu Bobrowni-
ckiego otrzymanym tak przez siebie iako subor-
dynowane Osoby na każdym mieyscu y w ka-
żdym Sądzie ani w żadney funkcyi przeszka-
dzać y szkodzić nie będę y komu kolwiek nie
pozwalam Sistere Locum owszem do czasu
zakończenia interessu Pryncypalnego wszelkie
Funkcye exequi w Sądzie stawać pozwalam
nie naruszaiąc Pryncypalnego Interessu na
co się podpisuię Działo się w Lipnie Die 23
Julij 1764to Anno Stanisław Suminski
manu propria Bartłomiey Złubicki Sędzia
Kapturowy Ziemi Dobrzyńskiey przy tym
będący manu propria Antoni Chełmi-
cki Sędzia Kapturowy Ziemi Dobrzyńskiey
manu propria post cujus superius praeinserti
Scripti seu Assecurationis manualis in Acta
praesentia ingrossationem Originale ejus Id.
Offerens praevia Officij praesens quietatione
denuo ad se recepit. ~~[illegible]~~ Michał Zernicki &c.

G. Stanislaus Bogurski ol Casimiri Filius et Josephata Bro
mierska ol Josephi Filia Sortium in Bonis Bromierz haeredes pa
primi ol G. Martini Malewski Capitani Exerci
tuum Regni Secundi ad praeteri voti in vicem con
juges et quid Consors in Assistentia Manti
suis et Gnori Jacobi Malewski Privigni et Filij
pro quo pacem cavent et se de B. suis omni
bus inscribunt omnibus sani pro Ill. RR. Iura ipsi Illu
strem et M. Franciscum Drogosławski Skorze
wski Generalem Leutenantem Exercituum Rni
Br. Staroyrzeby Bromierzyk et alios haeredem
tum Gnosum Valentinum Sztowski eorum B. Commis
sarium ac Subditos de B. Bromierzyk de
Obductione cum Protestatione ex Parte supra Sri
G. Bogurski recognoscentis Victrici ac G. Jacobi
Malewski Privigni suis et G. Josephatae Bromierska
superius specificatis Contra et Matrimonialibus Coram
Actis praeten Sabbatho post Dnicam Exaudi Anno
praesenti facta ob initam Amicabilem Compositionem
praestitamque sibi vigore Complanationis in Sta
royrzeby die vigesima prima Augusti Anno
praesenti initae sufficienter ac plenariam Satisfactio
nem scilicet summam ducentorum Quinquaginta Tyn per se
levatis qui etiam emittunt et liberos absolutos
faciunt ac pronuntiant Obductionem cum Proto
statione totumque et integrum processum Cassant
et mortificant nihil praetensionis sibi reservando
praesentibus suis recognitionibus ad id libere et bene
vole accedentibus praemissa firmantibus
Et tum processu pro Judicijs Capitularibus Ptus Plocen
instituto

Stanisław Boyurski

Jozefa Bromierskich Bogurska

Actum in Castro Plocensi Feria
Tertia Pridie Festi Decollationis
Sancti Joannis Baptistae A. D. 1764

Illustris Amdus

Illustris Admodum Rndus Bartholomaeus Jasienski Parochus Jezeciensis Sanus Pltis R.R. Quia Ipse M. Antonio Bagienski Notario Castri Ploce ob Francisci Filio et ejus Hmis Successoribus Summam Suam pecuniariam Sexaginta trium florenorum Pole Decreto Condli in fundo Benor Zgagowo Sorteq dicta Wieczyzna Feria Secunda ante Festum Nattis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno 1763 in ordine potioritatis Inter Creditores ad Eandem Sortem Concurrens lato et adacta praesens Feria quarta postridie Festi Sancti Francisci Confessoris Anno Eodem per oblatam perfecto in vim retentae in Sorte Eadem decimae Ecclesiae Rntis adjudicatam in Sorteq Eadem Inter Creditores Collocatam jam ex nunc Cum omni et Integro Jure suo omnibusq ejusdem utilitatibus fructibus et Commodis Decreti Contentis post praestitam Sili sufficiens in Solutione ejusdem Summae satisfactionem demittit Committit ac totum et Integrum Jus suum ad Summam Eandem Sili Serviens in Personam ejusdem Persolvens Transfert et transfundit plenarie et in effectu praesens Sua Recognitione ad id Libere et benevole accedens

X Bartłomiey Jasienski Pleb. Jezeski mp

Actum in Castro Plocensi Feria Tertia post Festum Sancti Egidij Abbatis proxima Anno Dni 1764

Officium presens Cren Capitt Plocen ad oblatum Gsi Adami Mankowski resignationem infrascriptam per se offerentem in rem Gsi Adam Sabbae binimus Jezewski Coram Actis Cren Radziejovien recognitam ex ejusq Actis authenticae depromptam reproducentis ad Acticandum Actisq Presen ingrossandum suscepit in Tenore sequenti Actum in Castro Radziejovien sub Interregno Sabbatho post Festum Sanctae Annae Matris Gloriosissimae Virginis Mariae proximo Anno Domini 1764 Coram Officio Actisq Presen Cren Radziejovien pro Comparens G Adamus Mankowski et G Laurentij Mankowski Cum et G Petronella Kurowska matrimonialiter susceptus Filius Sortium Bri Dobrosk Lendek et Zydowka atq Zagrobka in Pllu Plocen et Districtu Bilscen Consisten Haeres Sanus mente Corporeq existens Rendo etc. Rvt Quia ipse Totalia et integra supra sera Bona Dobrosk Lendek et Zydowka atq Zagrobka ~~integra~~ Cum omnibus eorum usibus fructibus Commodis emolumentis Jure Dominio proprietate propinquitate titulo haeredit nec non a seipso Curis praedijs Curialibus et Villanis Structuris Sepibus sepimentis Agris Pratis Campis Sylvis Bonis Gais nemoribus Indaginibus Virgultis Mericis Stagnis Lacubus Piscinis Piscinulis flivijs fluminibus Torrentibus Aquis earumq singulis Acursibus et decursibus Molendinis Aquaticis et ventilibus eorumq Metretis Tabernis Tabernatoribus

Dnibus Subditis utriusq sexus tam in Bonis
ejsa existen quam pro fugis ubivis repenti
libus ad vindicandum liberis eorq laboribus
datidnibus abventidnibusq Universis, Univer-
sisq eorunde B adjacentijs pertinentijs Cohe
rentijs utilitatibus Commodis et emolumen
tis nullis penitus exceptis nec pro se suisq
Successoribus reservatis verum ita late longe
et circumferentialiter prout p Missor Brun
hereditas suis in limitibus ab antiquo extat
estq dilata et lignis Metallibus determi
nata ac prout eae Bona Ipsemet Rens tene
bat habebat et possidebat Ipsiusq Antecesso
res tenebant habebant et possidebant Gener
perspeciem et e Conversoni hil derogando
nec non Cum Jure Patronatus p tentandor ad
quaevis Beneficia Parochor si quot sibi Compe
tit seu Competere debeat jam ex nunc et
defacto Ipso Adamo Sabba bini nnis Jezeuski
et G Alberti Jezeuski Cum G Marjanna Kalko
uska Matrimonialiter procreato Filio ejusq
Successoribus Utriusq unam quia Medietatem dictor
Br In quam Jus Patronatus includitur dono
perpetuo et Unquam Irrevocabili donatio
nis titulo alteram vero Medietatem ultra Id
donum se se extendentem in et pro Summa
Septem Millium ducentor inspecie Tyne
dat donat vendit inscribit et in perpetuum
resignat deditq donavit vendidit inscripsit
et Interne resignavit Intromissionem in eaq B
jam ex nunc admittit et in loco Br dum offi
ciose affectabitur daturum et admissurum
se offert et declarat tuitionem et evictionem
Gnalem ab omnibus gnaliter impedimentis Cavet

et insertit

et inscribit Idq quo ad medietatem donatam sub
damnis Tribus simpliciter absq quovis Corpo-
rali Juramento tolerandis et educendis quo vero
ad venditam et resignatam sub vadio simili Sum-
mae Septem Millium ducentorum in specie Tyne
pro quo Citatus Reus in Cro Plocen Responsu-
rus per emptorie suis Cum posteris hac sua prtli
Rne Promissa omnia Firmante Ex Actis Cren Capit
Radziejovien extradit Broniewski manu pro
pria Legit Paruszewski locus Sigilli ejusd
Castri post Cujus quid Pinserte ~~quod~~ transactionis sive
extractus in Acta Pten ingrossationem Pria
officij sui qui etatione denuo ad se recepit Id offerens extrad
Adam Mankowski R. S.

Officium Pten Cren Capitt Plocen ad oblationem
G Adami Mankowski Roborationem Contra-
ctus respectu Venditionis Sortium Br Do-
brosk Sądek Zydowka et Zagrobka inter se
offerentem ab una et Gum Adamum Sabba
bini nnis Jezewski parte ab altera initi Coram
Actis Cren Radziejovien recognitt et ex ipsa
Authentice depromptam reproducen ad Acti-
cand Actisq praesentibus ingrossand Susce-
pit in Tenore Sequenti Actum in Castro
Radziejovien sub Interregno Sabbatho post
Festum Sanctae Annae Matris Beatissimae
Virginis Mariae proximo Anno Domini Mille
simo Septingentesimo Sexagesimo Quarto
GG Adamus Mankowski ab una et Adamus
Sabba Jezewski parte ab altera sani Rendo
recognoverunt et quilibet eorum suo pinterse
rvit Quia ipsi Contractum Certum respectu
venditionis et emptionis Sortium in B Dobrosk
Sendek

Sendek Zydowka et Zagrobka in Pltu Plocen et
Districtu Bilscen Consistere in B. Dąbrosk die ter
tia Julij Coscrum Manibus suor rentium Subscrum
Vadio Septem Millium Ducentorum in Specie Tyre
formatum et vallatum tam in toto quam in qua
vis minima ejusd Contractus parte approbant
Confirmant et ratificant Submitent se sibi utriq
rentes predictum Contractum in pretensis omnibus
punctis Clausulis Articulis toro vadio Cetensq
Contentis et Conditionibus Universis Tum et pa
ragrapho in eod Contractu apposito tenere com
plere exequi ac inviolabiliter observare Idq sub
Vadio Similis Summae Septem Millium Du
centorum in Specie Tyre pro quo Citti utriq rentes
in toro ubiquinario Pllus Plocen responsum pe
rempt suis cum posteris his suis personalibus
recognitionibus Ex Actis Cren Capitt Radziejovien
extraditt Broniewski manu propria locus si
gilli Castri illius post cujusquid inserte appro
batunis in Acta pten ingrossatum Originale
ejus sive Extractum Idem offeren pria officij
pten qui etatum denuat at se recepit.

Adam Mankowski R. T.

G. Adamus Mankowski od Laurentij filius ex
od G. Petronella Kalwowska Matrimonialiter
pgenitus Sanus Pltr R. R. Quia Ipse G. Ada
mus Sabbatum Cinnis Jezewski od G. Alberti Jezewski
Cum G. Marianna Kakowska primi ejusd od
G. Jezewski ad pens voti Secundi G. Adami Ko
monski Consorte in primo Connubij Thoro Matri
monialiter pereatum filium Sortium Bonor Dą
brosk Sendek Zydowka atq Zagrobka Jure Hae
riditario a se Rnte quaesiteren ejusq Ltmos Suc
cessores de Summis Cinis prima Trecentorum Tyr

in vim doni alias Rekawicznego Contractu
Certo respectu resignationis praemissarum Sortium
Bonorum Dąbrowk Sendek Żydowka atq Zagro
bka in Plu Ploc et Districtu Bilsce Consistens
die tertia Julij anno praes. Inter se Rnten abuna
et Ipsa parte ab altera inito et Confecto actisq Ca
stri Radziejovic Sabbatho post Fm Divae Annae
Matris Gloriosissimae Virginis Mariae anno Eodem
roborato Condictata et Sili Rnti ad manus exolvi
declarata altera Ducentorum Tymph ad rationem
Summae septem Millium Ducentorum Tymph pro
pretio praecensitarum Sortium Suprascripto
Contractu resignatorio Constitutum pvenia ob
levatas Summas Easdem quietat emittit et
liberum absolutumq facit Contractum resi
gnatorium quo ad punctum persolutionis et
realiter Sili Rnti enumerationis Suprascriptae
Summarum in unum Junctas efficien Quingentorum
Tymph Cassat perpetuo et in dorum Salvam si
ci repetitionem Summae septem Millium
Tymph et illese manentem reservat et praesto
dit hac sua Pli Rne ad id libere et bene
vote accedente. Adam Mankowski

Actum in Castro Plocensi Sabbatho pro
stridie Festi Exaltationis S. Crucis Anno
Domini 1764.

Officium praesens Crenae Capitis Plocensis ad Oblationem Famati
Adami Kulpinski Assignationem infrascriptam per Illu
stres et MM Senatores et Dignitarios Pltus Plocensis
in rem M Victoris Kossobudzki Datam manibusq Sub
scriptam reproducens ad Acticandum Actisq praesens Ingros
sandum Suscepit in Tenore Sequens Mając wzgląd
na Pracę Fatygi y Expensa Jmci Pana Wiktora Kosso
budzkiego a Generalnego Przeswietnego Woje wudztwa
Płockiego Oboznego, in Vim Gratitudinis Naznaczamy
y Assygnuiemy Azeby Miasta to jest Miasto Płock

Płock Florenos Trzysta, Miasto Sieprsk Florenos Sto Pię-
dziesiąt, Miasto Raciąż Florenos Sto Piędziesiąt z Czopo-
wego Pomienionemu Jmci Panu Kossobudzkiemu Wy-
płaciły Sub Militari Executione ktorą to Assygnacyą
dla Wagi y Waloru Podpisem rąk naszych stwierdzamy
Działo się w Kazuniu ie 25 Augusti 1764to J.A. Po-
dolski Woiewoda Płocki manu ppria Stefan Dembo-
wski Starosta Płocki manu ppria A. Strzembosz S.T.
L.W.P. manu propria Walenty Bonkowski S.P. manu
propria Izydor Woyciech Kosinski C.W.P. manu ppria
Woyciech Zołtowski Sędzia Grodzki Płocki manu ppria
Maciey Baginski Podsędek Zawskrzenski manu ppria
post Cujus quidem superius pro insertis Assygnationis in
Acta pro sene Ingrossationem Originale Ejus Jd Offerem
pro via Officij pro sene quietatione demum ad se Recepit S.
Przeciszewski Chorąży Płocki P.G. manu ppria M. Kue-
borski Łowczy Zawskrzenski manu ppria J. Wessel manu
propria.

Adam Kalpierski mpp

G. Adamus Smosinski olim Petri Filius ex olim G.
Catharina Zołtowska primi voti olim D. Mathiae
Uminski Consorte procreatus Sanus personaliter
recedendo recognovit Quia ipse G. Danieli Rosi-
szewski olim Stanislai Filio Ejusq legitimis suc-
cessoribus Portionem suam integram seu Summam
Octingentorum Triginta Trium Tyn ex Summa
Majori Mille Sexcentorum Sexaginta sex Tyn
olim Catharinae Zołtowska Recognoscen. in Con-
tractu Divisionali inter GG. Josephum Ludovicum
Joannem et Andream Zołtowskie Bonis Ka-
mionki Miszewko Sledziowe et Miłobędzyno Hie-
redes die 20 mensis Junij Anno 1719 in Mi-
szewko Sledziowe conscripta ad exolvendum ex
B. Kamionki per Eosdem GG. Zołtowskie assi-
gnata

et indigitata Decretisq Condescensionalibus et signanter ultimario in Fundo Eorundem B. Kamionki Feria Secunda post Festum S. Catharinae Virginis et Martyris Anno 1741. inter Creditores ad Substantiam olim G. Joannis Zoltowski concurren more potioritatis prolata et ad Acta praesen Feria Sexta post Dominicam Rogationum Anno 1742. per oblatam porrecto liquidata agnita et in sorte B. Suprafatorum Kamionki collocata derivan caput Recognoscen respicien jam ex nunc cum omni et integro jure suo dominio proprietate propinquitate ac cum omnibus Eiusdem Summae utilitatibus usibus et commodis Contractus ac decretor Contentis paratq possessione Sortium nuncupatar Dziedzuczyzna et Trabezykowizna Decreti supraexarati in Summa originali Exdivisar et applicatar ex praestita sibi satisfactione cedit demittit et praecommittit totamq et integrum Jus Suum ad Eandem Summam sibi serviens ac processum in personam Suprasen G. Rosiszewski persolven transfert et transfundit plenarie et in effectu Intromissionem in Sortes Exdivisas admittit Tuitione cavet praesen sua Recognitione praemissa firmante

Adam Strusinski R.

Actum in Castro Plocensi Feria Quinta in vigilia Festi S. Matthaei Apostoli et Evangelistae Anno domini 1764.

Officium praesens Cren Capitli Plocen ad Oblationem G. Francisci Malewski Burgraby Cren Plocen Resignationem infrascriptam ex Actis Terrestribus Rypinen Authentice de

promptam

promptan per Spectam Septuam Pusta S Andree
Dlugokęcki Conten recognitu in rem S Sigismundi
Rosciszewski Seruien reproducen ad Acti cum Actis
presen exhibitam Susceptu in tenore sequent Acta
huiusmodi sunt in Regni in Terris Terrestribus Particulari
bus Regnicolen Tenia Secunda post Fm Visitationis Glo-
riosissime Virginis Marie proxima Anno Dñi 1625
S Sophia Pusta ol Martini Telsa ex ol S Hedwigis
Nawecka Matrimonialiter progenita S aen Andree
Dlugokęcki Consors Stina cum Quibusdam aliis tu-
teris Coniugalis aty Spectabilis Martini Szczebski fratris dis
cantitabis germanis prti Authoritate et Opem presentaneam
ad infrascra Recognoscend Consensu sana pollens Mente
Rnd. Quia Ipsa S Sigismundo Rosciszewski ol Stanislai
Telsi Ipsiusq Uxoris Suorum totas et integras dotes suas
nobles et Emolumenta Hereditat Le Acon post Casum ol ma-
trem suam seu Alio quovis Jure et Juris titulo Con
cernen in et super Bonis Villa Chrapowice Pietrzyst
Mosciska Zembrzyce in Pcta Pucien Districtu Sepnen
sium Szczawin Ruda in Tenia Dobrinen sit et consisten
cum omni Jure suo Dominio Proprietate Pertinencia
te titulo Hereditat Omnibusq Eius dotis Utilitatibus
utpote Aedis Edificijs Hortis Agris Pratis Campis Silvis
Pomis rubetis nemoribus Aquis Stagnis Lacubus fluvijs
torrentibus Piscinis Aquaeq quibusvis decursibus mo
lendinis molendinaturibus earumq metalis molitu
bus Subclusis denig Auctis tam ad presens resi dea
quam profugis per Ipsum sibi repetend Earumq
uxoribus Suis Pecoribus pecudibus totaq Substan
tia Ipso et Suppellectili Domestica Attinentijs et perti
nentijs quibuslibet Universis nullis exceptis nec pro de-
liberatis Suis Heredibus reservatis tantummodo exceptis Dñ Al-
berto dicta Szczawski cum uxore Ipso ac pueris totaq
Suppellectili domestica tum Agro dicte Walowane Co-
rolla quos Ead Spectabilis pro Se Suisq Heredibus reservat

dat donat vendit inscribit et in perpetuum resignat In
tromissionem admittit Tuitionem et Evictionem gratem
Sub damnis Terribus facit pro quibus in Judicio Ter
restri seu Officio Crem Bobrowniczae Terrae Dobrinen
respondebit peremptorie Suis cum posteris Ex Actis
Terribus Rypinen Rescriptum Rutkowski manu propria
Casimirus Thomas Rutkowski Notarius Terrae
Dobrinen Loewschgilli Judicij Terris Dobrinen post
Cujus quidem Superius praeinsertae Resignationis in
Acta praesen ingrossationem Originale ejus seu Extra
ctum ~~praesen~~ Idem Offerens praevia Officij praesen
quietatione denuo ad se recepit. Franciszek Malewski mpp.

Officium praesen. Cren Capitan Plocen ad Oblationem
N. Michaelis Siemiętkowski Scriptum certum ma
nuale seu Quietationem in rem sui servien repro
ducen ad actuandum actisq praesen ingrossandum
suscepit in tenore Sequenti. My niżey na podpisie
wyrażeni zeznaiemy tym Skryptem naszym iż
odebraliśmy od Jmć Michała Siemiętkowskiego
Tyn sto dico 100 sukcessyi iakoby Księgami Pło
ckiemi approbowano lecz bez prowizyi Summa
ajt oddana, za osm lat została. Adam Kowale
wski Magdalena Niemczewska. Kazmierz Sniecho
wski Woyciech Brzechowski, Paweł Dąbrowski
przy tym będący. Bartłomiey Koskowski Przyia
ciel przy tym będący. Post Cujus quidem Scri
pti superius praeinserti in acta praesen ingrossatione
Originale Offerens praevia Quietatione ad se recepit.
Michał Siemiętkowski

Actum in Castro Plocensi Feria Sexta pri
die Festi S. Michaelis Archangeli A Dni
1764.

P. Antonius Cywinski P. Martini Cywinski exolim Bo
gumila Babecka procreatus Felicis Sanus personaliter
recedendo recognovit Quia ipse P. Joannem Dra
minski

minski olim Antonij Filium Eiusq legitimos Successores de Summa Centum Tyn ex Summa Majori Quadringentorum Tyn Actis praesen Feria Tertia postridie Festi S. Petri in Vinculis Anno elapso 1763. per Eundem P. Draminski sibi Recognoscen ac Gl: Cunegundae G. Adami Machczyński Consorti Marianne et Theresiae Virginibus Innuptis Sororibus germanis Cyminskim simplici debito inscripta provenien se Recognoscen erga Easdem Sorores respicien, ob levatam Eandem Summam Pstitamq sibi satisfactionem quietat emittit et liberum facit ac pronuntiat Inscriptionem debitoream quoad interesse sui cassat praesen sua recognitione Ymissa firmante. Antoni Cyminski

Actum in Castro Plocensi Feria Tertia ante Festum S. Francisci Confessoris proxima Anno Domini 1764.

M. Andreas Oraczewski Cohortis Loniatae Illustris Mfici Ignatij Przebendowski Capitanei Mirachovien Commilito et ad exigendam seu recipiendam Contributionem Hybernalem ex Diecesi Plocen provenien per Celsissimum et Illmum Augustum Alexandrum in Klewan et Zulum Principem Czartoryski Palatinum et Generalem Terrarum Russiae Generalem Confoederatae Reipublicae Mareschalcum et Exercituum Regni ab Eadem Republica Constitutum Regimentarium Instrumento speciali Varsaviae die 18 7bris Anno Curren emanato Manuq Eiusdem Celsissimi Principis Czartoryski subscripto ac Sigillo munito Deputatus, Sanus personaliter Recedendo recognovit

Quia ipse Penitrem Rndmum Albertum Gadom
ski Cantorem Cathedralem ac Bonorum Rndssimi
Capituli atq Hibernae Diaecesis Plocen Commis
sarium Totamq Diaecesim Plocen de Summa
viginti unius Millium Septingentor Quadra
ginta Novem Floren et Grossorum Quatuordecen
Polon ex Praefata Diaecesi Plocen pro Anno praesen
1764. Hibernali realiter ad manus sibi Reco
gnoscen exoluta ob realem Eiusdem Sum
mae Hibernalis in virtute supraexarati In
strumenti alias Ordynansu Celsissimi Principis
Czartoryski Marechalci Generalis Confoedera
tae Reipcae et Regimentarij Exercituum Regni
sibi dati receptionem quietat emittit et libe
rum facit ac pronuntiat perpetuo praesen sua
recognitione praemissa firmante.

Jędrzey Oraczewski

Actum in Castro Plocensi Feria Secun
da post Festum S. Francisci Confesso
ris proxima Anno Domini 1764

Vt S. Franciscus Laguna olim Joannis Filius ex
olim S. Sophia Kobiernicka procreatus Maritus ab
una, et Marianna Zglinicka olim D. Antonij
Zglinicki ex S. Theresia Lasocka procreata Filia
Consors parte ab altera alias invicem Coniuges
sani personaliter recedendo recognoverunt
Quia ipsi sibi mutuo et reciprocam Omnium
et Singulorum Bonorum Suorum mobilium
Immobilium, Paternorum, Maternor Hereditarionum
Obligatorionum acquisitor et acquiren
dorum devolutorum et devolvendor Summa
rumq

rumq quarumvis pecuniariar inscriptar et inscribendarum habitarum acrinpost Ja-ventibus superis habendarum, tum auri ar-genti Cupri aeris Stanni, vestium vestimen-torum, Equorum Equireae, pecorum, pecudum Inventariorum, deniq Omnium ac Totius et Integrae Substantiae, Suppellectilisq do-mesticae ad ultimam duntaxat vitae suae periodum. Ad vitalitatem faciunt inscribunt et assecurant praesentibus sui Recognitu-nibus ad id libere accedentibus.

Franciszek Laguna rt.

Maryanna Lagunina rt.

Vuee

Vuee

Vuee

Vuee

Joannes Starorypinski KZD mpp

Adryan Zukowski mpp

Actum in Castro Plocensi Feria Quinta ante Festum S. Hedvigis Viduae Electae Dei proxima A Dni 1764

M Josephus Mlicki Ensiferus Plocens Sanus pr Iter Rendo Rcit Zofa ips Eum Adamum Milewski Eiusq Successores de Protestatio ne Certa Coram actis praesens Feria Secun da post Festum Assumptionis in Coelum GV

mane

Mariae per se recognoscen. Cen. Eund. S. Mile
uski ac alios in Eadem protestatione Compre
hensos interposita Quietat, Emittit et liberum
facit Protestationem Eandem (uti ex sinistra
delatione) Cen. praefatt. S. Mileuski factam
quo ad personam Eius Cassat perpetuo
praesen. sua recognitione praemissa Firman.
E. Anno p. Ten. Josephus Mlicki. mp.

Actum in Castro Plocensi Feria Sexta ante
Festum S. Hedvigis Viduae Electae Dei proxi
ma A. Domini 1764.

N. N. Adamus Struscinski ot. Petri Filius Ma
ritus ab una et Hedvigis de Czachowski ot. Ja
coli Filia Consors parte ab altera alias invicem
Conjuges Sani. pr. Nr. RR. Quia ipsi sibi mutuam
et reciprocam omnium et singulorum B. suorum
Mobilium Immobilium Paternorum Maternorum
hereditatum obligatum acquisitum et acquirendum devo
lutum et devolvendum summarum quarumvis pae
cuniarum inscriptarum et inscribendarum habitarum
ac in post faventibus tam Aurea Argenti Cupri
aeris Stanni Vestium vestimentorum Equorum De
corum pecudum Inventariorum denique omnium ac
totius et integrae Substantiae supellectilisque
Domesticae ad ultima vitae suae duntaxat
tempora ad vitalitatem faciunt inscribunt
et assecurant p. Ten. suis recognitionibus ad
id libere accedendo

Adam Struscinski
Jadwiga z Czachowskich Struscinska

Actum in Castro Plocensi Sabbatho
Ante Festum S. Hedvigis Viduae Electae
DEI proximo A. D. 1764

G. Laurentius Kowalewski G. Michaelis Ko
walewski filius ex od. G. Anna Hrusienska pere
atus Sanus Ptis R.R. Quia Ipse G. Marian
na Pszenska od. Alberti filiae ex G. Barba
ra Milodroska pgenitae faventibus Supe
ris futurae Conti Sua et ejus Ltmis Succes
soribus de Bonis Suis gtis obus Mlibus
Immlibus Paternis Maternis haeredib.
obligat Summisq. qui lucris pecuniarijs
ulivi locum haeres praecipue in et Super Bo
nis Kowalewo Sale in Ptu Nocen et
Districtu Bilsce Consistentibus Sortoq. haeredib.
Illud Sit Summam Ducentorum Quinqua
ginta Typ modo Simplicis debiti tenet
Inscribit ac se Suosq. Successores ad id te
nendum obstringit et incorporat Eandemq. Sum
mam in uno anno Integro se Solutum
offert et declarat idq. sub Similis Sum
mae Vadio pro quo Pulig. Rndebit Suis
Cum Posteris et Virgini Innuptae.

Wawrzeniec Kowalewski et

Vacc
Vacc
Vu

Adam Malinskj KZWm

G: Clemens Kozłowski Vices Regens Crem Plocen olim Valentini Filius Sanus pr̄ter RR Quia ipse M: Sabino Mankowski Dapiferidæ Podoliæ olim Alberti Filio Eiusq Illmis Successoribus Summas infrascr̄as binas primam quidē Trecentor̄ Tynf in Aureis Hungaricalibus p olim Illrem Admodū Rndum Joannem Bromirski Scr̄o Manuali in Borkowo die Decima Nona Martij Anno 1736 dato olim G: Theressiæ de Konowskie protunc olim G: Stanislai Zerawski Cent̄i assecuratam et alteram Centum Quindecem Tynf pro Equo p Eandē olim Illrem Admodū Rndū Bromirski accepto provenientem utrasq Decro Officij Judicij p̄sen̄ Ta 2da in Crastino Festi Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris Anno 1738 inter Eandē olim G: Zorawska ab una et suprascrum olim Admodū Rndū Bromirski parte ab altera lato una cum provisione a Summa Trecentor̄ Tynf debita ac luita Trium Marcar̄ Polon̄

Supradictae olim G: Zorawska adjudicatam nec non totam et integram Successionem Mblem et Imblem post Sterile Caput olim G: Zophiae Zorawska derelictam in Bonis Bromirz et alijs sese extendentem p GG: Ioannem et Constantinum Zorawskie Fratres inter se Germanos Supracrae G: Zorawska Filios Actis Psens Fa 6ta post Fm SS Innocentum Martyr Anno 1762 cum pleno jure Cessas et sibi renti transfusas jam exnunc cum omni et integro jure suo Dominio proprietate propinquitate ac cum omnibus Earum Summar ac Successionibus utilitatibus Usibus et Commodis Scripti Decri ac Cessionis Contentis demittit et Pcommittit totumq et integrum jus suum ad Pmissa sibi Pervicens in Psenam Memorati M: Mankowski Psolventis transfert et transfundit plenarie et in effectu praesens sua rgnicione ad id accedente

Clemens Kozłowski V. Rl. Plocen

Officium Psens Capitt Plocen ad Oblationem G: Pauli Zołtowski B C Plocen Donationem infraseram Manualem p olim G: Iosephum Lassocki in rem G: Theodori Brudzienski sup Subditum factam reproducens ad Acticand Actisq Psens ingrossand Suscepit in tenore Sequenti.

Ja nizey wyrazony Znam tą moią rekognicyą ktorą Psens approbuię iż ia maiąc pracowitego Imieniem Zygmunta mego poddanego w Dobrach Psarach ab infancia wychowanego ktorego Imci Panu Teodorowi Brudzinskiemu daię daruię przedaię y wiecznemy Czasy Zapisuię y do tego donacyą przed Księgami Authenc dla lepszey wagi y wiary Zeznać y uczynić powinienem Lubo tenże pracowity Zygmunt z Dobr Macerzynskich wynika do ktorego y Imc Panna Siostra mogła się interesować lecz ia towszystko na siebie biorę Na co się tym Dla lepszey wagi y waloru ręką własną podpisuię Datt ię 9 Mai A: D: 1764 Iozef

Lassocki

Lassocki manu propria Balcer Rostkowski będący na ten czas ręką trzymaną Felicyan Brudzinski na ten czas będący ręką trzymaną post cuius quidem pinsertae Denationis in Acta praesentia Ingrossationem Originale id offerens praevia Officij sui quietatione denuo ad se recepit.

Paulus Zołtowski [illegible]

Actum in Castro Plocensi Sabbatho pridie Festi Sanctarum Undecem Millia Virginum Anno domini 1764.

Officium praesens Castrensem Capitaneum Plocensem ad oblationem N. Simonis Strusinski Transactionem infrascriptam ex Actis Curiae Regiae Varsaviensis authentice depromptam in rem M. Bagienski Notarij Castrensis Plocensis servientis reproducentem ad acticandum Actisque praesentibus ingrossandum suscepit in Tenore sequenti: Actum in Curia Regia Varsaviensi sub tempus moderni Interregni Sabbatho postridie Festi Exaltationis S. Crucis Anno domini 1764. Coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneis Varsaviensibus personaliter Comparens Magnificus Josephus de Vallen Regiminis Gvardiae Pedestris S. R. Mtis et Reipublicae Maior ac Eiusdem Regiminis per Celsissimum Augustum in Klewan et Zukow Principem Czartoryski Palatinum et Generalem Terrarum Russiae Laticoviensis et Capitaneum Exercituum Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Generalem Regimentarium, dicti vero Regiminis Gvardiae Generalem Sheff Actis praesentibus inscriptus

Plenipotens suo et Eiusdem Regiminis Guardiae
Pedestris Regni pro Cuius Ratihabitione in for-
ma juris plenissima pacem cavet nomine agens
ab una, atq mcus Antonius Bagienski No
tarius Crem Plocen Bonor Zgagowa in Palati
natu Plocen consistent Heres et Possessor par
te ab altera Sani mentibus corporibusq existen
Jurisdictione sua quavis propria omissa et prae
ab Eo ut Praefert acquisitam et ad eum
jure permutationis praefatae spectan. et per
tinen. illiusq fundum et proprietatem di
cto Joanni uti Pr. dicti Loci de Kosma
czewo haeredi et Possessori Illiusq Suc
cessoribus Ejusdem Loci Haeredibus et
Possessoribus pro tempore existen. praefatis
in perpetuum dedit Donavit Transfu-
sit et appropriavit nec non jus Patro
natus et Praesentandi ad dictam Paro
chialem Ecclam quoties cunq illam
pro tempore vacare contigerit Coram
Ordinario Loci Personam Idoneam

in ea

in ea ad presentationem hujusmodi per Eum
loci Ordinarium instituendam Joanni
Moderno et pro tempore existenti Hæredi-
bus et Successoribus præfatis reservavit
Concessit et assignavit reservato tamen
Super his omnibus nostro et Sedis Apostolicæ
beneplacito ac Possessione hinc inde mi-
nime tradita minusque acceptata cum
autem sicut Eadem petitio subjungebat
permutatio hujusmodi aliaque præmissa
in evidenti tam dictæ Parochialis Ecclæ
quam Archidiaconatus præfati respectu
Cedere dignoscantur Utilitatem ac pro
ea Utriusque necessitatibus et exigentijs
Congruenti ratione prævisum remoneat
dictusque Joannes Eandem Parochialem
Ecclam iam competenter dotaverit eamque
à fundamentis reædificare Sacraque
Suppellectili decenter instruere aliaque
præmissa adimplere paratus existat Cu-
piantque propterea Antonius Sebastianus
et Franciscus Episcopi ac Joannes præfati
permutationem hujusmodi aliaque præ-
missa propertua illorum firmitate ut
subsistentia Nostro et Sedis Apostolicæ ap-
probationis et Confirmationis munimine
roborari dictumque jus Patronatus Ejus
Joanni Ejusque Successoribus præfatis aplica
Authoritate ex integro et infra Concedi et

assignari

et assignari Quare pro parte Antonij Sebastiani et Francisci Episcopor. ac Joannis Praefator. nobis fuit humiliter Supplicatum quatenus Eor. votis hac in parte benigne annuere de benignitate Aplica dignaremur nos Antonium Sebastianum et Franciscum Episcopos ac Joannem praefat. specialibus favoribus et gratijs prosequi volentes et a quibusvis excommunionis Suspensionis et interdicti alijsq. Ecclis Sententijs Censuris et Poenis a Jure vel ab homine quavis Occasione vel Causa ratis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praesentes tantum Consequendum harum serie et absolutos et absolventes fore Censentes hujusmodi Supplicationibus inclinati ac Certam de praemissis notitiam non habentes Fraternitati tuae per Aplica scra mandamus quatenus vocatis qui fuerint ad invocandi de praemissis te diligenter informes et si ac postquam per informationem Eandem praemissa Omnia veritate niti ac in evidentem tam Parochialis Eccle Praefate quam dicti Archidiaconatus Utilitatem fore Cessurum Compereris hujusmodi permutationis Contractum dictiq. Antonij Sebastiani Episcopi Statutum Decretum declarationem ac per

Eum

Eum factas dationem Donationem Tran
fusionem et approbationem praefat et prout
illa Concernit seu Concernant forsan de
Super Confectum instrumentum vel Con
fectas scripturas et in Eo vel Ejs Conten
ta quaecunq Licita tamen et honesta pro
tuo Arbitrio et Conscientia Aplica Auctae
sine alicujus praejudicio Confirmes et appro
bes ac illis perpetue et inviolabilis Aplicae
firmitatis robor adijcias Omnesq et
Singulos tam juris quam facti et solenni
tatum etiam Substantialium ac de jure
vel alias quomodolibet requisitarum
et quosvis vel alios defectus siqui desuper
quomodolibet intervenirint in Ejus Sup
pleas ac insuper si et post quam dictus
Joannes Eam Parochialem Ecclam Com
petenter dotaverit Eamq à fundamen
tis reaedificaverit Sacraq Suppellectili de
center instruxerit aliaq praemissa vere
realiter et cum effectu adimpleverit et
non alias Ejus Joanni moderno Ejusq
Successoribus protempore existens Br
dicti Loci de Kosmaczewo haeredibus et
Possessoribus praefatis jus patronatus
et praesentandi ad dictam Parochialem
Ecclesiam quandocunq et quotiescunq
illam quovis modo et ex cujuscunq Persona

etiam

etiam nostri et Asmani Pontificis pro tempore exi
stenę seu Cujusvis Sctæ Romanæ Eccle Cardina-
lis etiam tunc vivenę Familiaris et Continui Com
mensalis seu Romanæ Curiæ Officialis aut
alijs quomodolibet reservatiōnem et affecta
tiōnem incidentis seu per Liberam etiam
permutatiōnis ex causa resignatiōnem de
illa in Romana Curia ꝓfata etiam in no
stris et Romani Pontificis pro tempore exi
stenę manibus ut extra ac quomodolibet fa
ctam vel admissam aut assecutiōnem alte
rius Beneficij Ecclesiastici quavis Auctæ Col
lati seu illam pro tempore obtinenę etiam in
aliquo ex mensibus sedi Aplicæ Reservatis de
cessum vel quamvis aliam dimissiōnem vel a-
missiōnem privatiōnem religionis ingressum
et professionis in eam emissiōnem Matrimo
nij Contractum aut alias quomodocunq qua
litercunq non tamen perobitum apud sedem
aplicam ꝓfat vacare Contigerit Personam
Idoneam Coram Ordinario Loci in Eam
ad ꝓsentatiōnem hujusmodi per Eunę ordi
narium Loci instituendam Eadę Aplica auctæ
perpetuo reserves concedas et assignes dictumq
jus patronatus et ꝓsentandi hujusmodi vere
latior existere ꝓfatoq Joanni Ejusq Successori
bus ꝓfat non ex Privilegio Aplico sed ex vera rea-
li actuali et omnimoda fundatiōne et perpetua
Dotatione

1. 1262

1868

Dotatione ex Bonis vere Laicalibus facta compe
tere illudq vim effectum naturam substan
tiam essentiam qualitatem validitatem ~~firmitatem~~ Labo
ris firmitatem juris positus vero et ppria Laica
lis habere et obtinere ac uti tale subderogatio
ne Juris patronatus ex Privilegio Aplico acqui
siti non comprehendendi nequo illi ullo unquam
tempore et ex quavis Causa nisi in Casibus in qui
bus pdictam Sedem solet derogari posse ne
que debere ac Collationes provisiones et quas
vis alias dispositiones de dicta Parochiali Ecclesia
quovismodo ut pfertur vocatura absq Joannes
aut Ejus Successor pfatt Consensu seu pres
tatione factas processusq desuper habendos
et inde sequenda quacunq nulla et invalida nul
liusq Laboris vel momenti fore et esse ac
pro nullis et infectis haberi nec jus aut Co
loratum titulum Possidendi cuiquam per
illa ~~ad~~ tribuj vel a quocunq acquiri posse potentes quoq
Literas nullo unquam tempore de subreptio
nis vel obseptionis aut nullitatis Vitio seu
intentionis nostre ad alio quovis defectu
notavi impugnavi invalidavi in jus vel Con
troversiam vocari aut adversu illas quod
cunq juris vel facti aut gratie remedium
impetrari posse nec illas sub quibus suis si
milium ~~ad~~ vel dissimilium gratiarum revocationi
bus suspensionibus Limitationibus derogatio
nibus

derogationibus aut alijs Contrarijs dispositio
nibus per Nos et Sedem Aplicam Cpfatis sub
quibuscunq Tenoribus et Formis ac cumquibus
vis Clausulis et Decris quomodolibet protem
pore factis et faciendis Comprehendi
vel Confundi sed Eas Omniaq et Singula
Cpmissa semper et perpetuo Valida et effica
tia esse et fore suosq plenarios et integros
effectus sortiri et Obtinere ac ab omnibus et
Singulis ad quos nunc Spectat et Spectare
poterit quomodolibet in futurum firmiter et
inviolabiliter Observari et adimpleri Itidemq
omnibus et Singulis quorum favorem eandem Cp
missa quomodolibet respective Concernunt ple
nissime Suffragari sicq et non alias per quos
Cunq Judices Ordinarios et Delegatos quavis
Auctte et potestate fungentes etiam Causarum Palatij
Aplici Auditores ac Sanctae Romanae Ec
clesiae Cardinales etiam de Latere Legatos
vice Legatos dictaeq Sedis nuntios judicari
et definiri debere et si Secus super his
a quoquam quavis Auctte Scienter vel igno
ranter Contigerit attentari irritum et in
ranendictam Auctte decernas non obstantibus
Cpfatis Pauli Cpdecessoris et forsan aliorum
Romanorum Pontificum pariter Cpdecessorum no
strorum

strorum de Rebus Eccle non alienanda alijsq (alijsq)
Aplicis ac etiam Synodalibus Provincialibus
generalibusq Concilijs editis Specialibus vel
generalibus Constitutionibus et Ordinationi
bus nec non dicte Majoris Eccle etiam Jura
mento Confirmatione Aplica vel quavis fir
mitate alia roboratis Statutis et Consuetu
dinibus Privilegijs quoque indultis et Literis
aplicis quibusvis Superioribus et Personis sub
quibuscunq tenoribus et formis ac cum quibus
vis Clausulis et Decris in genere vel in Specie
in Contrarium Pmissorum quomodolibet forsan
Concessis approbatis et innovatis quibus Co
mnibus et Singulis etiamsi pro illorum Suffi
cienti derogatione de illis Eorumq totis tenoribus
specialis Specifica expressa et individua
ac de verbo ad Verbum non autem per Clau
sulas generales Jo importantes mentio fa
cienda aut quevis alia exquisita forma
ad hoc servanda foret tenores hujusmodi
ac si de Verbo ad Verbum nihil penitus
omnisso et forma in illis tradita observata
inserti forent Ejus pntibus pro plene et Suffi
cienter expressis et insertis habentes illis
alias in Suo Robore permansuris latissi
me

me et plenissime ac speciatr et expsse hac vice dumtaxat harum serie derogamus Caterisq Contrarijs quibuscunq Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominice 1747 Undecimo Calendas Februarij Pontificatus Nostri Anno Octavo = Loco ✠ Plumbi = quibus Literis inspectis partis Transumptum Confeci pntibus D. D. Thoma Jiannotti ac Benedicto Genga Testibus Concordat cum Originali I. S. Riganti I Datarius Ita est Philippus Rinelvi Notarius Aplicus I B Eugenius Locus Sigilli post Cujus quidem superius pinserte erectionis in acta pzend ingrossationis Originale Ejus Ja Offerens pvia Officij pzens quietatione denuo ad se recepit. Olszewski B.C.P. Feria.

Officium pzens ut supra ad Oblaonem ut supra literas edictales per Illustrissimum et Eccellentissimum Theodorum ducem in Clewan et Zukow Czartoryiski Episcopum Poznanien editas pro re Ecclesiae Stupnensis servientes et in eadem Ecclesia Stupnensi publicatas reproducendas ad acticandas Actisq pzentibus ingrossandum suscepit in Tenore sequenti.

Theodorus Dux in Klewan et Zukow Czartoryiski, DEI et Apostolicæ sedis Gratia Episcopus Poznaniensis et Varsaviensis ad infrascripta exequenda Delegatus Executor Apostolicus Adm Reverendis Rndis Unblbus Strandisq Viris, Præpositis Parochis, Commendarijs Vicarijs Mansionarijs Altaristis, Psaltaristis, Cæterisq Præsbyteris quibusvis Clericis Scholar Rectoribus alijsq Legitimis Executoribus tenore præsen requirendis salutem in Domino. Mandamus Vobis in Virtute suæ obedientiæ, et sub excommonis pœna quatenus ad instantiam Illustrissimor et Rndissimor Antonij Sebastiani a Dembowa Gora Dembowski Episcopi Plocensis, Francisci Kanigowski Episcopi Turonensis, Archidiaconi Plocensis et Perillustris Dñi Joannis Dembowski Canonici Plocensis, Decani Pultoviensis prlter accedent omnes et singulos ad infrascripta jus vel interesse aliquod haben vel habere prætendentes seu per affixionem præsen Valvis Ecclesiæ de Stupia intra cujus limites Villa de Olszamowo consistit Ipsos uno edicto pro tribus ac peremptorie citetis, Quos etiam Nos præsen citamus, ut coram Nobis Judicioq nostro Delegato Apostolico Die trigesima ab executione præsen computan Ipsa tunc juridica existen, alias extunc pxime et immediate sequen, hora audiendar causar fieri solita prlter legitime, ac peremptorie compareant, ad videndum et audiendum ad executionem Bullarum Sanctissimi Domini Nostri Benedicti XIV Papæ feliciter regnantis

sub

sub datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae 1747. undecimo Kalendas Februarij super melioramentis in Dote et utilitatibus Ecclesiae praefatae in Słupia emanatt procedi, narata ejus verificari juxta praescriptum dictarum Bullarum; ceteraq quae juris, et justitiae erunt dici statui et ordinari ac Certificantes ac in quorum fidem ac Datt Varsaviae Die 18 Mensis Aprilis Anno Dñi 1748vo Theodorus Episcopus Locus Sigilli Episcopalis Retroscriptas edictalium literas, testor esse in Ecclesia Parochiali Słupensi Per Illustrem et adm Rndum Stanislaum Dobrzeniecki Decanum Bodzanoviensem Curatum in Słupia publicatas esse, et Valvis Ecclesiae Słupensis affixas Die 5ta Julij 1750. Casimirus Rokitnicki Archidiaconus Pultovien Vicarius in Spiritualibus et Officialis Gnalis Plocensis manu propria. Post quarum quidem superius praeinsertarum literarum edictalium in Acta praesentia ingrossationem Originale earundem idem Offerens praevia Officij praesentis quietatione dunuo ad se recepit.

Officium praesens ut supra ad oblationem ut supra literas Testimoniales Consecrationis Ecclesiae Parochialis Słupensis reproducendi, ad acticandum Actisq praesen ingrossandum suscepit in tenore sequenti Antonius Sebastianus a Dembowa Gora Dembowski DEI et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Plocensis. Universis et singulis praesentes nostras inspecturis, Significamus, Quia nos satisfaciendo munesi nostro Pastorali, et pro zelo erga sacras DEI aedes, Domum enim Domini decet Sanctitudo! Ecclesiam Parochialem in Villa

Stupia nuncupata Anno Currenti Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Octavo Die vero decima nona Mensis Maij, quae fuit Dominica Quinta post Pascha, Ritu solemni ad Laudem Omnipotentis DEI et Gloriosissimae Genitricis DEI Virginis Mariae, consecravimus, et sub titulo S. Jacobi Majoris Apostoli, tum cum Patronor. Sanctor. Laurentij Fabiani et Sabastiani Martyrum, Antonij Eremitae Confessoris ac Omnium Sanctor. dedicavimus; Dedicationis ~~hujus~~ hujus Domus DEI Anniversariam diem Dominicam quintam post Pascha, assignavimus, Singulis Christi Fidelibus ipso die consecrationis ejusdem Ecclesiae unum Annum, in die vero anniversario hujusmodi ipsam Visitantibus et ad intentionem Sanctae Matris Ecclesiae orantibus. Quadraginta dies de vera indulgentia in forma Ecclesiae consueta, concessimus, in quor. fidem &c. Dabantur in residentia nostra Episcopali Jablonnensi die 7ma Mensis Junij Anno Domini 1748vo. Antonius Episcopus Locus Sigilli Episcopalis Testimonialis Consecrationis Ecclesiae Parochialis Stupensis. Post cujus quidem superius praeinsertar. literar. Testimonialium in Acta praesentia ingrossationem Originale earundem idem offerens praeia Officij praesentis quietatione denuo ad se recepit.

Actum in Castro Plocensi, Hbta ante Fm Sanctae Catharinae Virginis proxima anno Dni 1765

G. Susanna Zawidzka olim Joannis Filia ex G. Felicianna Wazynska progenita ~~Sana pott~~ olim vero G. Josephi Kesicki relicta Consors Vidua Sana praeter R.R. Quia ipsi G. Adamo Czarnomski G. Jacobi Czarnomski Filio ex G. Petronella Gutowska Progenito faventibus

Superis futuro marito suo Ejusq Itmis Suc
cessoribus de Bonis suis qualiter omnibus
Mblibus et Jmblibus Paternis Maternis Hære
dit obligat Summisq quibusvis pecuniarijs
ubivis locor hæren Excipue in Summa dota
li in Bonis Stropkowo in Pltu Plocen et
Districtu Sieprien consisten hæren sibi
servien Summam Quadringentor Tyn modo
Simplicis debiti tenet inscribit seq ac suos
Successores ad id tenend obstringit et inonerat
Eandq Summam in Uno anno integro
se soluturam offert et declarat idq sub
similis Summæ Vadio pro quo Ubiq
respondebit suis cum Posteris

Zuzanna z Zawidzkich Kęsicka rt

Actum in Castro Plocensi Sabbatho ante
Festum Sanctæ Catharinæ Virginis
et Martyris proximo anno Domini
1765to

G. Albertus Gołembiewski ab Una et Franciscus Miłocki
Parte ab altera Sampltr RR. Quia ipsi Renuntiando
quibusvis Juris Diffugij exoptando qm Citiorem in
Causa infrascra Disjudicationem Evitandoq Litis ex
pensas exinde Emergen ad Sopiendam Finaliterq
Concludend Causam intuitu Pelnalitatis per De
cretum Tribunal Rni Petniovien inter se Rntes
et Gsos Biedkowskie ac Alios Feria 2da post Dnicam
Invocavit Quadragesimalem Anno pien Prolat
super Rnte Gso Miłecki Irrogatæ sub alternum
Compromissum (si quid primitivum ob Legalitates
Suor Rntium Effectum suum non est Sortitum)
(nontamen expletæ

Inscribunt Cujus quidem Compromissi insuper arbitrum
Supremumque Causae Ejusdem Judicem M. Franciscum
Zabicki Judicem Crenae Vissogrodienae Eligunt Impetrant
et Constituunt Locumque Ejusdem Compromissi in Romis
Wepity pro Feria Secunda post Festum S. Andreae
Apli Anno praesenti proxime ventura determinant
danae et Concedenae Ejusdem M. Superarbitro Una cum
Gsis Arbitris a quacunque Parte per Unum Lo-
candae Plenariam Facultatem et Omnimodam
Absolutamque Potestatem Causam Eandem Respectu
Praemissarum Poenalitatum Decidendi Disjudicandi
Concludendi Decretum Suprascriptorum Tribunalis
Cognoscendi Approbandi vel Relevandi Inquisitiones
sub alternas si necesse Videbitur expediendi Poe-
nas Super quo Interierit pro qualitate Dementi
Irrogandi Juramenta Ubi Necesse fuerit excipiendi
Processum Resolvendi Cunctasque et Singulas Praeten-
siones ex quovis Fonte Emergenae Plenarie nihil
in Tactum et Irresolutum Relinquendo Praecisa Apellatio-
ne Decidendi Moderandi et Disjudicandi hocque
Compromissum Interveniente Aliqua M. Super
Arbitri aut suorum Recognoscenae Legalitate in Ali-
ud Tempus Differendi et Prorogandi Offerenae Jidem
Recognoscentes quod et quale Judicatum per Su-
prascriptum M. Superarbitrum una cum Gsis Ar-
bitris Promulgatum Fuerit pro Inviolabili Sancito
Susceptum et in nihilo Contradictum Jdque sub Poena Romi

877. 1271

Dnis illo in Trno Compromissi super Parte Contra veniens Publicanda ac Damnis Trribus pro quibus ubiq Respondebunt suis cum Posteris.

Woyciech Gołembiewski Rto

Franciscki Miłocki mpp

Actum in Castro Plocensi Quarta post Fm Sanctae Catharinae virginis et Martyris proxima anno Domini 1765to

Illustrissimus et Rendissimus Casimirus in Rokitnica Rokitnicki Episcopus Atalien Suffraganeus et Officialis Gnalis Plocen Archidiaconus Pultovien Canonicus Varsavien Quia Ipse Mco Thomae Rokitnicki et Mci Andreae Rokitnicki Pincernae Rosanen Filio, Dapifero Dobrinen Fratri Suo Germano et Ips Stmis Successoribus Laboriosum Lucam Goszlowski de Bonis Suis haereditarijs Subditum jam ex nunc cum omni et integro Jure Suo Dominio proprietate propinquitate titulo haereditario ac cum omnibus ejusd Subditi Utilitatibus usibus Fructibus et Commodis ut pote Dierum Laboribus, Vigilijs, datijs tributis, ac Cuncta Obedientia et Scriptura Cmethonali una cum rebus ejus propriis Inventarijs tolaq Supellectili Domestica pura mera et Irrevocabili donatione dat donat vendit Inscribit et resignat perpetuo et in aevum Tuitionem Gnalem et Victudinem Specialem Cavet ubiq Sub damnis Trribus pro quibus ubiq respondebit Ipsis cum Posteris.

Casimirus Rokitnicki Suffr. Plocen

mpp

1272

878.

~~Actum in Fundo Bonorum Karwowo Krzywanice~~

Actum in Castro Plocensi Feria Quinta Ante Fm Sancti Andreae apli proxima Anno Domini 1763to

G. Joannes Goszczynski ob Stanislaj Filius Sanus pller recedens recognovit Quia ipse G. Leonardum Karwowski ob Mathaj Filium Ejusq' Ltmos Successores de summa Centum Quinquaginta Tyns in Exemptionem Sortis in Bonis Karwowo Krzywanice Sillae Ejusd. G. Karwowski haereditariae provenientis Decr. Condescensionali in Fundo Dictae Bonor. Karwowo Krzywanice Fra zyta Ante Fm Sanctae Catharinae Virginis et Martyris Anno praesenti in se recognoscens et Eundem G. Karwowski prolato ad Actaq. praesentis actu hodierno peroblatam porrecto adiudicata et pro Die hodierna solvi iniuncta oblevato Summam Eandem praestitamq' Sibi Satisfactionem Quietat emittit et liberum absolutumq' facit et pronuntiat rigorem Decr. tollit et annihilat De agris Summae praemissae obnoxijs Condescendit perpetuo et in Ovum praesentis Sua recognitione praemissa firmante ac quaevis scripta Jan Goszczynski mp

Infidelis Lewek Markowicz Tabernae Bonor. Wykowa Tabernator Sanus pller recedens recognovit Quia ipse Gsum Antonium Woznicki vicesregentem Loci praesentis ac Cancellariam

Cancellariam Ꝑsenꝫ de Quota trium aureorum hungarica
lium per se recognoscenꝫ in Sequestro Cancellariæ Ꝑsenꝫ
Circa prouatum Coram actis Præsenꝫ Fra Cta ante Festum
nativitatis Gloriosissimæ Virginis Mariæ Anno Ꝑsenꝫ per
se recognoscenꝫ et Gsum Franciscum Lopkowski Conꝫ
Mfcum Franciscum Rosiszewski Judicem Trem Plocenꝫ
Facto reposita oblevatam Eanꝫ quotam Quietat Emittit
et liberum absolutumq Facit et pronunciat perpetuo
repositionem suprascram Suffert Ꝑsenꝫ Sua recognitio
ne Ꝑmissa Firmante. [illegible]

Gnosa Catharina Miszewska od Joannis Filia
ex G. Theophila Suleńska pgenita od vero
G. Stanislaj Miszewski Steriliter Vitâ fun-
cti Filiastra et Successrix erga alios na-
turalis G. vero Matthæj Dzierzanowski Con-
sors Ltma in Prli Authoritate et assia
Ejusdem sui mariti sana Prlter rendo rvit
Quia ipsa G. Ignatium Miszewski od Ada-
mi Filium Patruum suum Ejusq Ltmos
Succores de Inventarijs quibusvis ac re-
bus mblibus in diversa forma et spe-
cie existenꝫ post od Suprascrum G. Sta-
nislaum Miszewski Patruum suum
de relictis regestro In Golesino die 14.
mensis Aprilis Anno 1761mo per G.
Mariannam de Koskowskie Edicti G. Sta-
nislaj Miszewski recognoscenꝫ Patruj

1274

Contem Relicto Viduam conscripto actisq; praesenti Sabbatho post Fm Sancti Martini Pontificis Anno eodem 1.7.6. Xmo oblatuato et per Eandem G. de Koskowskie Miszewska comprobato specificatissime recognoscens erga alios consuccores jure naturalis Successionis devolutis per praefatumq; G. Ignatium Miszewski circa quaesitam de jure advitalitio a praecensita G. de Koskowskie Miszewska cessionem recepto ob praestitam in Portione eorundem Inventariorum et rerum mobilium se recognoscens concernens Plenariam et Sufficiens Satisfactionem ac Subsecutam per Maritum Recompensam quietat emittit et liberum absolutumq; facit ac pronuntiat perpetuo et in aevum praesenti sua recognitione praemissa firmante, non praeludens viam vindicandae Substantiae immobilis post praenominatum ob G. Stanislaum Miszewski derelicto se recognoscens et alios respiciens ac Inventariorum apud Subditos existens

Katarzyna z Miszewskich Dzierzanowski rt.
Mateusz Dzierzanowski rt.

G. Mathaeus Dzierzanowski ob Joannis filius Sanus pro Rndo Rvit Quia Ipse G. Catharinae Miszewska ob Joannis filiae contis suae Ltmae et Ejus Successoribus de Bonis suis

gnaliter

gnaliter omnibus mobilibus et Immobilibus
Paternis Maternis hæreditt obligett Summisq
quibusvis Pecuniarijs ubivis locor hæren Pcipue
in et Super Bonis Zgorzate in Pltu Plocen et Di
stricta Bielscen consisten Summam Textum Tyn
recompensando Inventaria et Res mobiles post
ob G Stanislaum Miszetski Ejusq Cntis Patruum
steriliter vita functum percepta modo simplicis
debiti tenetur Inscribit seq ac suos Succes
sores ad id tenenq obstringit et inonerat
Eandq Summam in uno Anno integro se so
lutur offert et declarat idq sub simili Sum
mæ vadio pro quo ubiq respondebit suis
cum Posteris. Mateusz Dzierzanowski rt

Actum in Castro Plocensi 12da post
Tm Sancti Andreæ apli proxima
anno Dni 1765to

G.G. Franciscus Mitobędzki ob Jacobi Filius ex
ob G. Helena Kozicka pgenitus et Eva Jaroszewska
GG Thomæ Jaroszewski anteacti Camerarij Franciti
lis Pltu Plocen atq Lucia Chraplewska Invicem
Coniugum Filia alias Invicem Coniuges et quidem
Consors in assistentia Eiusq Sui mariti Sani prtis
RR Qvia Ipse M. Michaeli Mlicki Notarij
Tm Plocen ob M. Antonij Mlicki Notarij Tmis
Plocen Filio Genero Suo Eiusq Ltmis Successo
ribus Summas Suas Pecuniarias videlicet
Maritus Summam Mille Sexcentor Tyn

Actis praesen idq sub Celebratione Judicior
Za 4ta pt Dm Conductus Paschae Anno 1763
per G Thomam Jaroszewski Eiusd Rentis Contis
Parentem Sibi Renti Marito expendenda pro
visione inscriptam, Consors vero Sexcentor
Florenorum Polonorum ex Summa maiori Mille Du-
centorum Florenorum Polonorum Coram Eiusd Actis prae-
sentibus actu quo supra perfatum G Thomam
Jaroszewski Parentem Suum Sibi Recognoscen
Consorti et G. Joannae Jaroszewska G. Thomae Smar-
dzewski Consorti Filiabus Suis in vim meliorationis
Dotis inscripta et assecurata provenien et Se
Recognoscen respicien jam ex nunc cum Omni et
Integro Jure Suo Dominio proprietate propinquitate
ac cum Omnibus Earundem Summarum utilitatibus
Usibus fructibus et Commodis ut pote Inscriptio
num punctis clausulis nexibus Ligamentis foro
Vadio Caeterisq Contentis Recompensando Inscri
ptionem Coram Actis Tribus in Sieprc Feria
Tertia pt Tm Sancti Francisci Confessoris
anno praesen per Eundem M. Michaelem Mlicki
in rem Eiusd Mariannae Mitobędzka Reco
gnoscen Filiae ad praesens Consorti Suae Super
Summam Octo Millium Florenorum Polonorum recognit
cedunt demittunt et praecommittunt totumq et
Integrum Jus Suum ad praemissas Summas Sibi

Servien

Serviens in Personam memorati M. Mlicki transferunt et transfundunt plenarie et in effectu praesentis Suis Recognitionibus ad Praemissa accedentibus.

Franciszek Miłobędzki mp

Ewa z Jaroszewskich Miłobędzka rk.

Officium Praesens Castrensis Capitis Plocensis ad Oblati onem G. Francisci Miłobędzki intercisam nuptialem infra scriptam inter se offerentem et Contem suam tum M. Michaelem Mlicki Notariae Terrae Plocensis Conscriptam manibusq subscriptam reproducens ad Acticandum actisq praesens ingrossandum suscepit in tenore sequenti. Między Jchmościami Pany Franciszkiem niegdy Jakoba Synem y Ewą z Jaroszewskich W. Jmci Pana Tomasza Jaroszewskiego Kumornika Granicznego Płockiego Corką Miłobędzkiemi Małżonkami z iedney a W. Jmci Panem Michałem Mlickiem niegdy W. Jmci Pana Antoniego Mlickiego Pisarza Ziemskiego Płockiego z W. Jmci Panią Ludoviką z Czapskich primi et W. Jmci Pana Stanisława Zakrzewskiego Skarbnika Płockiego secundi voti tegoż niegdy W. Jmci Pana Pisarza Ziemskiego Płockiego Tertij nuptus niegdy W. Jmci Pana Jakoba Sokolnickiego Woyskiego ~~Grodzkiego~~ Płockiego pozostałą Małżonką in secundo matrimonij Thoro Spłodzonym Synem z drugiey strony staie pewny kontrakt y w niczym niewzruszone postanowienie alias Slubna intercyza w niczym nieodmienna a to w ten sposob iż Peminioni Jchmość Państwo Miłobędzcy Małżonkowie widząc przerzeczonego W. Jmci Pana Pisarzowicza Ziemskiego Płockiego o Curę swoię Jeymość Pannę Maryannę Miłobędzką usilną tak przez siebie iako y godnych przyiaciół w dożywotnią przyiaźń Konkurrencyą wiele sobie szacuiąc godność osoby iego z Antenatow Jmienia y do samego Pana Boga woli stosuiąc się

też

1278

Tez ukochaną Curę swoię Jeymość Pannę Maryannę Mi
łobędzką in sociam vitae enemuz dac deklaruią a p iungend
sacro federe dextris dzien Czternasty Pazdziernika w ko
scielle parafialnym Leskim naznaczaią na ktory czas tenze
W Jm Pan Mlicki Pisarzowicz Ziemski Płocki z Jchmosc Przy
iaciołami swemi stawie się powinien będzie po ktorey Corze
swoiey in vim dotis summę cztyry Tysiące Złotych Polskich
naznaczaią y tez sumę takiem płacić będą sposobem nay
przod sumę Tysiąc szesset Tynfow na złote wynoszącą
dwa Tysiąca Dwadziescia Złotych y szesc y groszy dwa
dziescia Jml Pan Miłobędzki sobie przez W Jml Pana
Tomasza Jaroszewskiego Oyca Zony swoiey modo simplici
Xięgami Grodzkiemi Płockiemi zapisaną drugą summę
Złotych szesset sama Jeymość Pani z Jaroszewskich Miło
będzka sobie przez tegoż Jmci Oyca swego in vim meliorationis
Dotis temiż Xięgami Grodzkiemi Płockiemi similiter modo
simplicis Debiti zapisaną do Odebrania Temuz W Jml Panu
Pisarzowiczowi Ziemskiemu Płockiemu ninieyszym Kontraktem
Ceduią y Transfunduią sami zas ut efficiat Trzy tysiącze złotych
summę Trzysta siedmdziesiąt y trzy y groszy Dziesięć doliczyć
Temuz W Jml Panu Pisarzoyczowi Obowiązuią się. a propter
firmius Robor na te summy po slabie inspatio Quatuor
Septimanarum Cessyą Autentyczną Xięgami Autentyczne
mi in Personam tegoż Jmci zeznać przyrzekaią Czwarty zas
Tysiąc Złotych polskich Jnwentarzem to iest Woskiem
szybowanym skurą Obitym do niego koni parą rostemi
y młodemi z szorami także kobyłą kasztanowatą młodą
y Zrzebicą Gniadą także y Bydła rogatego wołow pięć para
robotnych młodych Wołakow nieukow trzy wolec dwu
latek ieden krow pozytkowych trzy Jałowicz wypustkow

dwie

dwie Kompensuia y ten Inwentarz po Slubie w tygodniu iednym
oddac sponden[t]y dotego expedicionem Mulierem honestam tejze
Cerce Swoiey dac offerunt a zas zwysz wyrazony Woiewodzic
Pan Ciarnowicz Ziemski Wlocki Kompensuiac potym sobie po
przyszley do Boga matrimonio Swoiey wyznaczony y na ozycie ob-
werowanym tudziz in vim futuri Coniugalis affectus Summe
Osm Tysiecy Zlotych Polskich w niniejszym Kontraktem Ley ze
przyszly do Boga Imowier Matrimonio Swoiey mod o simplici
Zapisuie na Dobrach swoich Mokrsku Dziedzicznych w Woie
wodzcie ptockiem a Powiecie Bielskiem lezacych a dla wiekszey
wagi y waloru Xięgami Auten tycznemi Ziemskiemi lub Grod
kiemi tey Summy Osm Tysiecy Zlotych Polskich Zapisuie przyzne
ka przed Slubem do zadnych zas Francyszkey ktoreby Sanctus Ura
cius szkodzic miały Ley ze Imć Przyszły matrymonki Swoiey poia
gac nie będzie powinien oprocz do Zywocia ktore in spatio Dimidij
Anni uczynic sobie obstringuntz in super wyzey Wyrazeni Ge
mote Państwo Mitobędzcy Matrymonie z poddanstwa swego
wziętego Ludzi pięcioro to iest Jasko z Zoną Curką y z Synem
y wszystkim ich in wentarzem take y Agnieszkę Dzieco
czynę Curkę Katarzyny tych ludzi po minioney
naznaczaiąc oney aplikuie a ten Kontrakt we Wszyst
kim trzymac y zyscie wzaiemnie podzaktadem Osmiu Tysię
cy Zlotych Polskich obydwie strony sobie przyrzekaią in Casu
Zas nie dotrzymania ktoregy kolwiek Kondycyi Forum obie
w Grodzie lub w Ziemstwie Woiewodztwa swego ad pierem
ptorie respondendum naznaczaią: a dla wiekszey wagi y waloru
Rękami swoiemi Wzamoni podpisuiąc Działo się w Mlicach
Dnia Siodmego Października Roku Panskiego Tysiącznego
Siedmsetnego Szesdziesiątego piątego Franciszek Mitobędzki
manu propria Ewa Mitobędzka ręką trzymana Michał Mlicki

manu propria

1280

manu propria Tomasz Jaroszewski Kumornik, ~~Gnidski~~ Graniczny Płocki
Przytomny manu propria Xiądz Floryan Jaroszewski
Przytomny manu propria Norbert Jaroszewski przytomny
manu proprya. Post cuius ~~Franciszek Mitkiewicz~~ mp
quid superius pro morte interesse in Acta Consensu ingrossatione
ne Orginalecius id afferens Consensu via officijs praesens quietatio
ne denuo ad se recepit Franciszek, Mitkiewicz mp

Actum in Castro Plocensi F. Quarta conte
Fm S. Nicolai Episcopi proximus
anno Dni 1765to

Mficus Michael Zakrzewski Vexilifereda Zawierzeny
Ob mfici Antonij Zakrzewski Vexiliferi et Vice
Capitanej Carenz Plocen. Filius cum ob mfica
Catharina Jezewska progenitus sanus pltor
RR: quia ipse religioso in Christo Josepho
in seculo in religione Paulo Kozakiewicz Ordi-
nis S. Dominici Conventus Plocen. Novi-
cio nondum professo Gnosi Ignatij Koza
kiewicz Filio ex Gza Eva Kucienskia pro-
genito actoti Eiq Conventuj Plocensi Prdi-
cato Ordinis S. Dominici de Bonis suis
generaliter omnibus mobilibus et in mobi
libus Paternis maternis hereditarijs ob
ligatorijs summisq quibus vis Pecunia
ris ubivis loco Pharentibus precipue in
et super Bonis Zakrzewo sibi recognoscenti

ex divisione

Ex divisione Fraterna Cessis ~~[illegible]~~ seu medietate Eorundem Bonorum in Palatinatu Plocen. et Districtu Bilscen. Consistentium se recognoscentem vigore Eiusdem Ex divisionis Fraternae Concernenti, Summam mille Tyn. De manibus Ejusdem Gsi Ignatij Kozakiewicz praedicti Religiosi Kozakiewicz Parentis levatam, et pro pendenda provisione ad fata Religiosi Kozakiewicz filio suo post fata vero Ejus praerecensito Conventui Plocen. Ordinis S. Dominici, ad liberam Eius Dispositionem per Eundem Gsum Kozakiewicz applicatam modo simplicis debiti tenetur inscribit sequo aesuos Successores ad id tenendum obstringit et in onerat Eandemque Summam pro vigilia Festi Nativitatis S. Joannis Baptistae anno Futuro ventura mediante subsequenda Eiusdem Summae in aliis Bonis locatione ~~se soluturum offert et declarat ad manus et quietationem Ejusdem Religiosi~~ se soluturum Offert et Declarat quod si vero Summam Eandem pro tempore solutioni praefixo non persolverit ex tunc provisionem annuam a quolibet Centum per Tyn. Quinque singulis annis absque diminutione pendere et ad manus aequietationem praerecensiti Religiosi Kozakiewicz persolvere debebit et tenebitur idque sub similis summae vadio pro quo ubique respondebit suis cum posteris.

Michael Zakrzewski

1282

MM Michael Zakrzewski Vexilliferida Zawkrzeny od M Antoni Zakrzewski Vexilliferi Zawkrzeny Filius ex olim Mafica Catharina Jezewska progenitus Maritus ab una et Marianna Malanowska od Francisci Filia ex G Catharina Kukowska progenita Censors alias in vicem Coniuges parte ab altera Sani pr[illegible] RR Quia ipsi sibi mutuam et reciprocam omnium et singulorum Bonorum suorum mobilium et immobilium Paternarum Maternorum hereditariorum Obligatoriorum summarumque quarumvis pecuniariarum ubivis locorum haerens inscriptarum et inscribendarum nec non auri Argenti Cupri, Aeris Stanni Clenodiorum margaritarum Vestium, Vestimentorum Inventariorum ut pote paecorum peccadum equorum equiraeque ac in genere omnium tum totius et integre substantiae et supellectilis Domesticae ad ultima dum tatat vitae suae tempora ad vitalitatem faciant inscribunt et assecurant his suis personalibus recognitionibus ad permissa libere et benevoli accedens

Michael Zakrzewski

Marianna Malanowska

Lukowska R.

Actum in Castro Plocensi F. 5ta prodie Festi S. Nicolai Episcopi anno Domini 1765to.

G. Anna Kraiewska olim M Joannis Krajewski Vexilliferi Terrae Michałoviensis Filia ex od S. Justina Swięzawska progenita G. Antonij Bobrowski B.C.P. Censors in Personali Authoritate et assistentia ejusque sui mariti Sana pt[illegible] RR Quia ipsi P. Antonium Słuszewski ejusque Imos Successores de Summa Quadringentorum Florenorum Bonae Pruthenae monetae ex Summa majori Mille Ducentorum Florenorum similis monetae Pruthenicalis actis Civilibus

Brodnicen

Brodnicen. die Trigesima mensis Septembris anno
Praesen. per Eund. S. Słuszewski sibi Recognoscen. atq. SS.
Antoninae M. Pauli Majewski Thesaurarij ~~Vossego~~
Zakrocimen. et Margarethae Suae Consortibus Kra-
jewskim inscripta et assecurata provenien. se
Recognoscen. Respicien. ob levatam Summam Eand.
praestitamq. sibi Sufficien. et plenariam satisfactio-
nem ac Subsecuta ejusd. Summam in Bonis Mito-
drzi per mantum recompensam quietat emittit
et liber. absolutumq. facit ac pronuntiat per-
petuo et in aevum nihil praetensionis sibi reser-
vando praesen. sua Recognitione praemissa firmam.

Anna z Krajewskich Bobrowska r. D.

Antoni Bobrowski m. p. Ann.

S. Antonius Bobrowski B. C. P. Ssi Francisci Bobrowski Filius
Sanus pl.ter R.R. Quia ipsi S. Annae Krajewska et MM.
Joannis et Justinae de Swiężawskie in viciem Conjugum
Krajewskich Vexilliferor. Terrae Michałowien. Filiae
Conti suae lmae et ejus Successoribus de B. Suis qllor
Omnibus mobilibus et immobilibus Paternis maternis
haereditatis obligatis Summisq. quibus in Pecuniarijs
ubivis locorum haeren. praecipuam et Super Bonis Mito-
drzi in Pltu et Districtu Plocen. consistent. summam
Quadringentor. Florenor. Bonae Ruthenicae monetae
de manibus S. Antonij Słuszewski levatam modo simpli-
cis debiti tenetur inscribit ac se suosq. successores ad
id tenend. obstringit et in onerat, Eandeq. Summam
in Uno anno integro se solutur. offert et declarat,
idq. Sub similis summae Vadio pro quo ubiq. Respon-
debit suis cum Posteris Antoni Bobrowski m. p. Ann.

St. Thomas Koledzejski ol. Mathiae Filius Sanus pl.ter recedens
recognovit Quia ipse N. Antonio Cichowski ol. Stanislai Filio

Ejusq.

Ejusq Ltrmis Successoribus Vigore Consensus per Sacram Re-
giam Majestatem Sibi ad Cedenda Collati Cujus Tenor sequitur
Ejusmodi Stanislaus Augustus DEI Gratia Rex Poloniae Ma-
gnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae
Kijoviae Volhyniae Podoliae Podlachiae Livoniae Smolensciae
Severiae et Czerniechoviaeq Significamus praesentes Literis nostris
quorum interest universis et Singulis Consensisse nos et permisisse Consen-
tire et permittere praesentes N. Thomae Kolodziejski ut possit et
valeat de Omni et integro Jure Suo quod ipsi Super advo-
catiam in Villa Dziamow ad Capitulum Plocensem in Plutowicia
Plocensem iacentem spectantem sitam, servit, et Competit, Cedere Illudq
in Personam N. Antonij Cichowski Transferre et Transfunde-
re quaequidem Cessio Jurisq Transfusio posteaquam Coram
actis quibusvis authis Regni facta et recognita fuerit nos
Eam ratam et Gratam habituri sumus, ut Eam quae
Praesentibus hocce Consensu nostro peragetur Vigore Cujus Cessi-
onis virtute praesentes Consensus nostri facta Supra fatus N. Anto-
nius Cichowski praedictam advocatiam in villa Dziamow sitam
Cum omnibus Aedificijs agris pratis Campis pascuis hortis Subditis
Eorumq laboribus et Dationibus Cunctis denique utilitati-
bus usibus fructibus redditibus Emolumentis attinentiis
pertinentijs ita late longe et Circumferentialiter, prout ab
Antiquis et immediatis tenutarijs possidebat, tenebit, habe-
bit et possidebit, ad Extrema duntaxat Vitae Suae Tempora
Promittimus autem pro nobis et Serenissimis Successoribus
nostris non esse nos Serenissimosq Successores nostros ab usu
et Pacifica Possessione Ejusq advocatiae in villa Dziamow
praesentis N. Antonium Cichowski Amoturos, Aut alienatu-
ros, neq amovendi, aut alienandi, potestatem Cujpiam
Daturos, sed salvum et integrum Jus Eius Conservaturos quod
et serenissimi Successores nostri praestabunt ratione Cujus ad

vitalitatis

advitalitatis solitam quartam proventuum Partem quot
annis Stato Tempore Jo N: Antonius Cichowski ad Thesau
rum Rm inferre tenebitur Juribus nostris Regalibus Reipubli-
cae Ecclesiaeq Romanae Catholicae Salvis in quorum fidem praesentis
ventus manu nostra Subscras Sigillo Rmi Communiri Jus
simus Dt Varsaviae Die V mensis Junij Anno Domini
MDCCLXV Regni vero nostri Anno primo Stanislaus Au
gustus Locus Sigilli minoris Cancellariae Regni Consen
sus Cedendi De advocatia in villa Dziarnow ad Capitane
atum Plocensem spectante existens in Persona N: Antonij
Cichowski N: Thomae Kołodzieyski Datur Antonius Sikorski
Sacrae Regiae Majestatis et Sigilli Rmi Secretarius manu
propria pro Cancellariatu Illustrissimi et Reverendis-
simi Domini Andreae Stanislai Młodzieyewski pro Can-
cellarij Regni, Sigillatum Advocatiam in villa Dziarnow ad Capi
taneatum Plocens spectans in Eoq Pltu Plocens Jacens Exi-
stens iam ex nunc Cum omni et integro jure Suo Dominio
proprietate et propinquitate ac Cum omnibus Ejus advocatiae
utilitatibus usibus fructibus et Commodis ut pote privile
gij sibi servientes et praesenti Consensus punctis Clausulis
Articulis nexibus, Caeterisq Contentis demittit Committit
Cedit plenarie et in effectu transfert et transfundit praesens sua
recognitione praemissa firmante. Tomasz Kołodziński

Actum in Castro Plocensi in Judicijs Crone Capitanea
alibus ac Terminis Quaestarum Causarumq Officij
una cum Continuatione antenor Causar Sigillum in Dyno
hodiernam incidentibus F 2da in Crastino Festi Immaculatae
Conceptionis Bvmariae Anno Dni 1765

Gsi Mathias Cieszewski ol Bartholomaej Filius ex ol G. Hedvigi Rosciszewska progenitus Sortium in Bonis Cieszewo Parva in Pltu Plocen et Districtu Bilscen Consisten erga Gsum Simonem Cieszewski Fratrem Suum Germanum, heres ab una, et Joannes Makomaski ol Stephani Filius Parte ab altera sam pller Recedendo Recognoverunt, Quia Ipsi Contractum Certum intuitu Resignationis Sortium Suprascrar in Bonis Cieszewo Parva &, Consisten hic Plocae Die Quinta Nobris Anno [illegible] inter se Consensum manibusq Suis et Amicor Subscrum vadio Summae Mille Quingentor Tyne Firmatt in omnibus Punctis Clausulis nexibus ligamentis foro Vadio Caeterisq Contentis et Conditionibus approbarunt Confirmarunt et ratificarunt prout quae presens approbant Confirmant et ratificant, idq Sub Simili Summae vadio ad Damnis Tribus pro quibus ubiq respondebunt Suis Cum posteris Macye Cieszewski mp

---

Jae Gsus Mathias Cieszewski Sanus pller Recedendo Recognovit Quia ipse G. Joanni Makomaski ol Stephani Filio Ejusq Atmis Successoribus totas et integras Sortes Suas mobiles et Immobiles Paternas Maternas hereditt Obligatt Seu alio quovis modo et Juris Titulo Se recognoscen erga G. Simonem Cieszewski Fratrem Suum Germanum respicien in et Super Bonis Cieszewo Parva in Pltu Plocen et Districtu Bilscen Consisten sitt et Jacen ea in ea nunc Cum Omni et Integro Jure Suo Domino Proprietate pro quinquitate Tituloq hereditt ac cum Omnibus Earumq Sortium Utilitatibus usibus Fructibus et Commodis ut pote areis aedificiis, hortis agris, pratis Campis Sylvis Boris Rubetis nemoribus aquis Stagnis Piscinis Piscibus Fluviis Fluminibus Aquarq quibus vis Decursibus Subditis denique

Cunctis

Cunctis tam ad pseni residenę quam profugis per Eunę Juris quaesitorem sibi vindicandis Eorum Uxoribus Pueris Pecoribus Dur laboribus vigiliis Daliis ac Cuncta obedientia et subditura Cmethenali per ipsos Gstari solita attinentiisq et Pertinentiis Gnaliter Universis nullis penitus Exceptis nec pro se et suis Successoribus reservatis nec modo quovis excipiendis sed ita late longe Circumferentialiterq, prout Eaę Sortes in suis metis et Limitibus ab antiquo extabant et protendunt pura mera et irrevocabili Donatione Dat Donat, vendit inscribit et resignat perpetuo et in eorum intromissionem Ex nunc admittit Tuitionem Gnalem et Evictionem Specialem ab Omnibus in Genere Impedimentis quarvis Personar propinquar et remotar Cunctisq debitis et Oneribus Cavet idq sub Damnis Tribus pro quibus ubiq respondebit suis Cum posteris.

mace / ctesetrsky mp

Ja Recognoscens ut supra Sanus pltes recedendo Recognovit Quia ipse Eunę G Makomaski Ejusq Ltmis Successores de Summa Nongingentor Sexaginta Tyrę Grossor Viginti Polonę ex Summa Majori Mille Quingenter Tyrę pro ptio Sortium in Promis Cuszewo Parva Existen per se recognoscenę Ejęq G Makomaski Die hodierna Resignatar Contractu Resignatorio De Data Ejus Die Quinta Xobris Anno pseni inter se recognoscenę et ips Consensu actisq pseni hodierno Sub actu roborato Concertata et Constituta ultra Onera Sortes Easę per se resignatę afficienę per Eunę G Makomaski Juris quaesitorem ad deportanę in se Coassumpta restanti ob levatam Summam Eanę pitiis Sufficienę ac plenariam satisfactionem quietat emittit et liberum absolutum

1288

894.

absolutumq facit et prominciat punctum Contractus pm
serti quo ad Exolutt Summae attinet Sufficit nihil ptin-
sionis sibi reservando pserę sua recognitione pmissa firmanę
Mace Cieszewski mp

G. Jacobus Straszewski Olim Balthasari Filius
Suae et G. Mariannae Straszewska Filiastrae suae nne Sanus pter Recedendo Rcit
Quia Ipse G. Stanislaum Osiecki Olim Adami
Filium ejusq Ltimos Successores de Vadio Ca
pitaneali Duplici ac Poena Quatuordecem Mar
carum Poll Decreto Judicij Trnis Plocen hui in
Plocko Tra Secunda post Festum Sancti Micha
elis Archangeli Anni pstenti Inter Se Rentem ab una
et eundem G. Osiecki ac alios parte ab altera mente
Decreti Tribunall Rni Petricovien Prolati
Sibi Recti pro Die hodierna adjudicatt ob levatt
eaq Vadia ac Poenam Quatuordecem Marcar Poll
pstitamq Satisfactionem ac unius Vadis Capitt
pro Re Gnosa Mariannae Straszewska Virginis
Minorennae Olim G. Mathiae Straszewski Filiae
Filiastrae Suae in Sequestro Cancellariae pstentis
ad Subsequenae Locationem repositionem quietat
emittit et liberum absolutumq facit ac pronun
tiat Rigorem Decreti quo ad Exolutam Summam
attinet mortificat nihil Ominus Idem Recogno-
scens in Satisfactionem Suprascripto Decreto Trni
Plocen Vadium Capitt Simplex Cissiliens Flo
renos Centum Nonaginta Duos ad Subsequenae
locationem ejus in Sequestro Cancellariae pstentis
reponit pstenti Sua Recognitione pmissa Firmante
Non aucens Hungaricatt quemlibet aureum Octodecem Tyn
et Sextario uno Computatione

Jakob Straszewski rt.

895 1289

M S

1

~~896~~

1290

Adum in Castro P



